BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
166
D
27
NAPOLI

Digitized by Google

Costa in lini nes. Cantor Volpe

Digitized by Google

1127.28

Digitized by Google

DISSERTATIO
APOLOGETICA

De Cathedralitate Eccleſiæ Materanæ, illiuſque Diæceſi in ea, quæ ſcripſit Ughellus Tom. 7. Ital. Sac.

OPUS

D. JO: BAPTISTÆ CORETTI ABBATIS,

ET

D. EUSEBII SCHIUMA CANONICI

Ejuſdem Metropolitanæ Eccleſiæ.

Illuſtriſſimo, & Excellentiſſimo Domino

D. DOMINICO MALVINNI

Patritio Materano, Duci S. Candidæ &c. Dicatum.



ROMÆ

APUD JOANNEM MARIAM SALVIONI.

M. DCC. XXXV.

Superiorum Facultate.

Digitized by Google

Digitized by Google

Illm̃o, & Excm̃o Domino

D. DOMINICO MALVINNI

Patritio Materano, Duci S. Candidæ &c.

AUCTORES.

S. & P.

HOc, *quodcumque ſit, Opuſculum*, Illm̃e, & Excm̃e Domine, *non niſi in Veritatis obſequium elaboratum, nil aliud quam Patriæ, ejuſque Archiepiſcopii defenſionem continere percurrendo concludes. Tibi igitur juremerito dicatum voluimus, ac Tuo ſub auſpicio lucem mereri; nec aliter lucem vidit: Tibi itaque*

Digitized by Google

Tuum offerimus; igitur accipe libenti animo, quod Tibi undequaque debetur. Quippe Tu candidus veritatis amator, ad ejus famulatum conſilio, & opera ſuaviter cæterorum corda compellis; & inter tot præcellentes Patriæ Patres interritus ejuſdem propugnator, ſic ejus zelaris honorem, tutamen ſic curas, ut Patriæ decus, propugnationemque omnibus viriliter præferre non dubitas. Domum Dei, ejuſque Sacros Miniſtros, ac Jura devotione magna, reverentia, & zelo officioſe proſequeris, Eccleſiaſticam in moribus Perſonam gerens, qui prope ad ſolemnem profeſſionem ab immatura Germani Tui morte compulſus ad ſuſcitandum Semen Domus Tuæ, tanto mœrore inclyto S. Joannis Hieroſolymitani Habitui renunciaſti, quanto eum hilari ſtudio ſuſcepiſti, tenuiſti decore. Digniſſima Soboles... Parcat quæſo Tua modeſtia. Vim patitur! Tuorum ergo tacenda erit Majorum tam colenda memoria, qui non ſemel pro Patriæ libertate exhauſerunt Ærarium: exemplum a reliquis libenter amplexum Proceribus? Baptiſtæ Malvinni bo: me: Leoni X, *Pont. Max. tam accepti, quod a Pontificii animi magnitudine cumulari promeruerit gratiis, & prærogativis, quæ vix magnis concedebantur Principibus? Marci Capitanei Malvinni, qui Pietatis Monte erecto, ditatoque magnificentiſſime, Civium conſuluit egeſtati, magnos redditus pro paupertate levanda, pro egenis collocandis Virgini-*

bus,

bus, ac in cæteris pietatis operibus teſtamento, quod magnanimitate, prudentia, ac pietate perquam conſulto diſpoſuit, quotannis profundi præcipiens? Ergo pervetuſta Tuæ Stirpis nobilitas ſilentio relinquetur, cui inſeri gaviſæ ſunt eximiæ nobilitatis Familiæ, præ antiquioribus, Brancaciorum; Gerunda, cujus apprime excultum perlucet germen Excellentiſſimus D. Canneti Marchio literarum cultor, & Patronus; & de Luna Aragonenſi? De tuis tacebimus natis, qui prudentiæ, pietatis, ac magnæ literaturæ, quibus Tu maxime polles, ſpecimen præſeferunt in adhuc immatura ætate? Vim patitur Tua modeſtia? At magis noſtrum conſilium, Civium expectatio. Taceamus itaque, taceamus; nam Tuorum merita, Tuæ virtutes ſat, ſilentibus nobis, loquuntur. Vale.

Digitized by Google

IMPRIMATUR.

Si videbitur Reverendiſs. Sac. Pal. Apoſt. Magiſtro.

N. Epiſc. Bojan.

APPROBATIO.

D*Iſſertationem Apologeticam de Cathedralitate Eccleſiæ Materanæ, illiuſque Diœceſi in ea, quæ ſcripſit Ughellus Tom. 7. Italiæ Sacræ*, quam Clari Viri Jo: Baptiſta Abbas Corettus*ejuſdem Eccleſiæ Metropolitanæ, ac Euſebius Schiuma in præſens Canonicus ſummo ſtudio, ac diligentia conſcripſerunt, juſſu Reverendiſſimi Patris Sacri Palatii Apoſtolici Magiſtri ſedulo perlegi: nihilque occurrit, quod Chriſtianæ Fidei boniſque moribus adverſetur: iccirco in lucem edi poſſe arbitrabar. Romæ Kalen. Novembr. M. DCC. XXXIV.

* olim

Petrus Pompilius Rodotà.

IMPRIMATUR.

Fr. Benedictus Zuanelli Ordinis Prædicat. Sac. Palatii Apoſtolici Magiſter.

ELEN-

E L E N C H U S

Præcipuorum Opuſculi Capitum.

CAuſa ſcribendi exponitur §. 1. fol. 1.

Origo, & ſituatio Civitatis Materæ, illiuſque incremenmentum a §. 2. ad 5. fol. 2.

Vetuſtiſſima Urbs Metaponti §. 3' fol. 3.

Antiquiſſimum ſtemma Civitatis Materæ §. 4. ibid.

Quare hæc Civitas aliquando Metella dicta ſit §. 5. ibid.

Varia dominia, ſub quibus Matera antiquitus fuit a §. 6. ad 9. fol. 4. ad 6.

Materanenſium animi magnitudo in bellum contra Turcas §. 10. fol. 6.

Urbis Materæ ſtatus præſens §. 12., & ſeqq. fol. 8.

Materanum Seminarium §. 14, fol. 9.

Acherontiæ ſtatus antiquus §. 15., & ſeq . fol. 10.

Ejuſdem ſtatus hodiernus §. 17. fol. 12.

Ughelli. Acheruntiæ nomine Materam antiquitus appellatam, qui velint. Traditio de Metaponto, & Heraclea §. 18. fol. 14.

Techna I. Circa Diæceſis Acherontinæ deſcriptionem §. 19. fol. 16.

Techna II. Non duo, ſed unum Acherontiæ adeſt Virorum Cœnobium §. 20. fol. 17.

Techna III. Contrahit Ughellus numerum Canonicorum Metropolis Materæ §. 21. fol. 18.

Techna IV. Circa Luitprandi relationem, & propugnatur Materani Epiſcopatus antiquitas a §. 22. ad 35. fol. 18. ad 28.

Techna V. Gravinenſis Epiſcopatus propugnatur antiquitas §. 28. fol. 22.

Techna VI. Bullæ Innocentii III. novæ unionis datur genuinus ſenſus a §. 35. ad 41. fol. 28. ad 32.

Liber Acherontinorum quam fidem mereatur §. 42. fol. 33.

Techna VII. Alexandri II. Bulla oſtenditur Commentia §. 43. fol. 35.

Turſicen Epiſcopatus antiquitas §. 44. fol. 37.

Techna VIII. Bulla Innocentii III. pro Jure Metropolitico Eccleſiæ Acherontinæ declaratur §. 45. & ſeq. fol. eodem.

Techna IX. Detegitur futilis interpretatio ab Ughello data Epiſtolæ Innocentii III. circa pertinentiam Eccleſiæ S. Petri de Matera a §. 48. ad 50. fol. 39. ad 42.

Cir-

Techna X. Circa confirmationem Inſtrumenti anni 1105. Arnoldo Achiepiſcopo tributam quatriennio poſt mortem §. 51. & ſeq. fol. 43.
In Protoſpatæ Chronicum detecta calumnia §. 52. fol. 44.
Scipionis Henrici Anacroniſmus §. eod. fol. 45.
Techna XI. Datur genuinus ſenſus Bullæ Alexandri III. §. 53. fol. 45.
Techna XII. Nova calumnia circa Eccleſiam S. Petri de Matera exploditur §. 54. fol. 46.
Ex Deciſione coram Millino de anno 1600. emergit jus dicendi contra Acherontinorum Jura §. 55. fol. 47.
Quam male ad Diptycas reſpectet Ughellus in probanda Eccleſiarum vetuſtate §. 56. fol. 48.
Techna XIII. P. Gentilis Bulla refellitur ſupputatione chronologica §. 57. & ſeq. fol. 49.
Techna XIV. Archiepiſcopi Piſcitelli recluditur duplicis reſcripti commentum §. 59. fol. 51.
Techna XV. Genuina Hiſtoria Archiepiſcopi Manfredi, & P. Madii, rejecta apocrypha ab Ugello allata a §. 60., ad 66. fol. 51. ad 57.
Matera ſemper inclyta fuit Civitas §. 63. fol. 54.
Detegitur falſa delegatio, quam datam fingunt Acherontini Epiſcopo Tricaricen. circa commentum Materani Idoli §. 65. & ſeq. fol. 56.
Ughelli Confeſſio circa Materanam Diæceſim §. 67. fol. 58.
Novæ Acherontinorum fraudes retunduntur. Bulla Xyſti IV. exacte diſcutitur a §. 68. ad 72. fol. 59. ad 62.
Bullæ Xyſtinæ ſuper prælatione tituli obſervantia §. 73., & 75. fol. 63. & ſeq., & §. 78. fol. 66.
Techna XVI. Callida Ughelli reticentia circa Diæceſim Materanam §. 74.
A Leone X. Bullam ſubripiunt Acherontini §. 76. fol. 64.
Idem Pontifex altera Bulla priorem revocat §. 77. fol. 65.
Techna XVII. Reticet Ughellus tres Deciſiones favore Eccleſiæ Materanæ §. 79.
Factum exponitur, quod dedit Cauſam liti in Petitorio, treſque Deciſiones Rotales prædictæ enunciantur §. 80., & ſeq. fol. 67.
Anacephalæoſis rationum pro Materana Cathedra §. 82. fol. 70. ad 77.
Diſcuſſio Summarii Acherontinorum a §. 83. ad finem.
Errorum correctio Typarum fol. final.

DIS-

DISSERTATIO

APOLOGETICA

De Cathedralitate Eccleſiæ Materanæ, illiuſque Diœceſi, in ea, quæ ſcripſit Ughellus Tom. 7. Ital. Sacr.

I.

QUi in Hiſtoriis eveniunt errores, niſi confutentur & veri opinionem a tempore accipiunt, auctoritatemque non levem ad tradita per *Maſcard. de Probation. volum.* 1. *cōcluſ.* 287. *num.* 10. & inde magna ſolent afferre præjudicia; hinc nos, qui Metropolitanæ Eccleſiæ Materanæ partes ſumus, & jura tuendi debitum alias habemus, ac mandata; quæ adverſus eam moliti ſunt Adverſarii in propatulo ponere, ut tandem eorum os obſtruatur, & vindicare pro noſtra tenuitate ſategimus. Cum itaque Ferdinandus Ughellus nimis facilis, & credulus Acherontinorum commenta, quibus replevit ſeptimum Tomum ſuæ Italiæ Sacræ, ubi de Archiepiſcopis Acheruntinis, & Materanis egit, pro veris, & ex-

Cauſa ſcribendi exponitur.

Digitized by Google

& exploratis retuliſſet, & omnem lapidem moviſſet pro everſione Metropolis Materanæ, atque Hiſtoricorum leges longe diſferens, Bullas, & alia Pontificia Diplomata, quæ ipſemet tranſcripſit, contra literalem ſenſum interpretatus fuerit, ut mox in operis decurſu patefaciemus, & digito veluti indicabimus, operæ pretium ducimus, in veritatis obſequium, præſenti Diſſertatione tam Acherontinorum inventa, quàm ipſius Ughelli commenta recenſere. Non intendimus tamen tanto Viro ullam inurere infamiæ notam, ſed dumtaxat jura noſtræ Metropolis tueri, illaque veluti a tenebris errorum, quibus ea invòlvere certatim niſi ſunt, vindicare. At quia de Eccleſiæ, & Civitatis Materanæ prærogativis, ut plurimum verba facturi ſumus, neceſſario prius ab illarum initiis repetendum ducimus, *Ne*, ut ait Textus, *in L. 1. ff. de Origine Juris*; *illotis, ut dicitur, manibus, omiſſis initiis, & origine non repetita, materiam propoſitam tractemus*; *Nam*, ut ſequitur idem Textus, *hujuſmodi præfationes, & libentius nos ad lectionem materiæ tractandæ producunt, & cum ibi venerimus, evidentiorem præſtant intellectum*.

Deſcribitur origo, & ſituatio Civitatis Materæ, illiuſque incrementum.

2. Matera Aboriginum opus, totius Lucaniæ caput, tum magnitudine, & muris, tum mirabilis ſitu; quippe inter duas amœniſſimas Valles, & amplam planitiem poſita, uberrimo circumcingitur arvo, quod adeo ſe extendit, ut quamplurium diſſitarum Civitatum oras cohibeat. Imminet Urbi munitiſſimum Caſtrum foſſa, valloque ſeptum, quod etſi vetuſtiſſimum, recenter tamen extructum videtur, ſtructura ex terſis, levigatiſque quadratis marmoribus, ad amuſſim affabre excultis, ſtudioſe compacta. Augeſcere, incrementumque ſumere cœpit hæc vetuſtiſſima Civitas, cum ſolo æquato a Samnitibus Neſtoreo Metaponto illius Cives ad noſtram Urbem confluxere; crebreſcenſque Populus per vicina loca diſpergi, & veluti diſſeminari præ angu-

gu-

Digitized by Google

guſtia coactus, varia extruxit Oppida, inter quæ Mons caveoſus, nunc cultiſſima Civitas, Camarda, modo Bernaldum, & Piſticium præcipue numerantur. Cumque major pars Materam conſtiterit, amplificaveritque magnificentiſſime, ei nomen Matris tot recenſium locorum accomodavit. Matera ſiquidem græce Μητέρα, Dorica dialecto Ματέρα a μήτηρ μητέρος μητρὸς matrem ſignificat; unde perbelle quidam indigena Poeta cecenit:

L' antica Metaponto oggi Matera.

Recenſetur Nobilitas vetuſtiſſimæ Urbis Metaponti.

3. Metapontum Urbs fuit Magnægræciæ non procul a Matera diſſita inter Tarentum, & Heracleam in ſinu Tarentino poſita, opus Pyliorum, qui è Trojade reduces, duce annoſo, & facundo Neſtore, in Italiam navigarunt, eamque Civitatem, deinde Pythagoræ, & Architæ Tarentini Scholis, Templiſque Cereris, & Apollinis celeberrimam, quorum etiam num rudera viſuntur, extruxerunt. Utebatur hæc Civitas, ſicuti tota Magnagræcia, & Sicilia Dorica dialecto, ut opera Theocriti, Architæ, & ipſiuſmet Pythagoræ non obſcure innuunt, propterea mutatam videmus l y Μητέρα in Ματὲρα, Dorici enim α pro η utebantur, ut φάμα pro φήμη, prout hujus linguæ peritis perſpicuum eſt.

Antiquiſſimum Stemma Civitatis Materæ.

4. Egeritur prænarrata hiſtoria tum ex Majorum traditione, Patrum, Avorumque ore Poſteris conſignata, tum ex Stemmate Metaponti, quod in Heſperia Italica poſitum ex felici terræ proventu, auream meſſem gignere fabulabantur Antiqui; idcirco pro Inſigniis, Bove ſpicarum manipulum ore deferente, uſum eſt, quo Stemmate cum cæteris relatis Oppidis Matera etiam nunc utitur.

Quare Metellana dicta ſit hæc Civitas.

5. Redeunte deinde victoriis onuſto, & præda divite ex tertio Macedonico bello in Italiam Q. Cecilio Metello Conſule, Civitas hæc Vallo, Foſſa, aggere, & præaltis

mœnibus, aliiſque munimentis, ſumptibus Populi Romani, cujus magni intererat hanc munitam habere Civitatem contra inquietes Samnites, cæteroſque rebelles Populos, circumvallata fuit. Viſitur etiam nunc præexcelſa Turris vetuſtiſſima in cacumine Civitatis ſita, quæ a præfato Conſule, Metellana appellatur, avitæ, & patriæ traditioni antiquiſſima ſua denominatione fidem firmiſſimam, atque perpetem aſtruens; quare hæc Civitas Metellana pariter dicta fuit, prout præ cæteris, ex pervetuſtis lapideis monumentis in ipſius Metropolis muris repertis, etiamnunc legitur, *Reg. num.* 1. denominatione ſumpta ab eodem Conſule Metello. Meteola itidem vocata eſt; unde Populi Meteolani tota Italia celeberrimi, teſte Plinio, ſuum traxere vocabulum.

6. In ea primum dominati ſunt Aborigines Conditores, poſtmodum Romani, ut mox diſſeruimus, contra quos cum arma moviſſet Annibal Pænus Dux, Caſtra Materæ fixit, tanquam in propugnaculo fortiori Lucaniæ, & Japygiæ, ut perbelle nimis cecinit Guglielmus Apulienſis libr. 1. fol. 9.

Varia dominia ſub quibus fuit antiquitus Matera.

Poſt hæc Materam, qua fixa fuiſſe feruntur
Pæni Caſtra Ducis, cum ſubderet Annibal Afris
Italiam, Maniacus adit.

Unde facili negotio argui poteſt hujus Civitatis antiquitas, nam cum tempore Annibalis, ducentis circiter annis ante Chriſti adventum, Urbs fuerit, & adeo munitiſſima, ut meruerit præferri omnibus aliis vetuſtiſſimis Apuliæ Peucetiæ Civitatibus; quanta ſæcula fuiſſe antea putandum eſt, quibus æque celebris exiſterit.

7. Sane adeo in pretio habita fuit tempore Octaviani Auguſti, parum nimirum ante Chriſti ortum, ut ab ipſomet Imperatore promeruit reparari, & inexpugnabilem reddi, ut tradit Octavianus Beltranus, qnocirca nil mirum

an-

anno 612. poſt multos menſes ſevæ, arctiſſimæque obſidionis Conſtantium Imperatorem, jam victoriis clarum ob multas Urbes in illa Provincia expugnatas, coactum fuiſſe obſeſſionem tollere à Civitate Materæ, ut refert Pandul. Colenuc. in Hiſtor. Regn. Neapol.. Non modo in proſpera, ſed etiam in adverſa fortuna hæc munitiſſima, & antiquiſſima Civitas laudes promeruit, nam Ludovicus Antonius Murat. in Collect. Hiſt. Rerum Italic. pag. 265. lit. E. Tom. 2. geſta referens Ludovici Auguſti contra Longobardos de anno 848. hæc tranſcribit de noſtra Civitate: *Ac demum omnia illorum capiens Caſtra, ſolæ tantum illius Civitates remanſerunt Barim ſcilicet, necnon atque Tarentum, nam omnium quidem eorum gloria capta eſt Urbs MATERIA, quæque igne, ferroque &c.*

8. Romanis ſucceſſere Græci, quorum ſedes principalis fuit, ritumque, & Religionem coluit, prout ex pervetuſtis Templis, græcanicis picturis, & inſcriptionibus, Sepulchris, & Cenotaphiis perſpicuum, & ſatis clarum apparet. Inſpiciuntur etiam nunc in vetuſtiſſimis Delubris derelictis *ἄμβωνες* *Umbones*, ſive *Ambones* *ὡραῖαι*, *καὶ ἅγιαι πύλαι* *ſpecioſæ, & S. Portæ*; inſpiciuntur pariter *ἅγιος ἱερον*, *τὰ ἅγια τῶν ἁγίων*, & in medio, Tabernaculum. Viſuntur in interiori Sanctuarii circuitu diſpoſitæ *ἐξέδραι* *Exedræ* pro Sacerdotibus. Cuncta tamen vetuſtate corrupta, & deformata conſpiciuntur. Græcos expulerunt Longobardi, a quibus Suburbia quædam ejuſdem noſtræ veterrimæ Civitatis denominationem, quæ hucuſque viget, acceperunt; prout Cives aliqua ſtatuta, legeſque municipales, quæ Longobardæ appellantur, etiamnunc inconcuſſe obſervant; hique exacti, & pulſi fuerunt a Saracenis; quibus abactis denuo ad Græcos rediit dominatus. In Normannorum etiam devenit poteſtatem, quibus ſucceſ-

ſere Svevi, Galli, Aragoniæ, & Hiſpaniæ Reges.

9. Ludovico Secundo imperante anno 866. fuit hæc munitiſſima Civitas Saracenis adempta, & Imperio adjuncta. Anno 987. fere deſolata, Græcorum dominio iterum ſubacta; ſed a Saracenis denuo obſeſſa anno 996. poſt quatuor menſes arctæ, ſevæque obſidionis dirempta dirutaque fuit. Fertur in illo duro obſidio Matrem, extrema laborantem fame, nec proprio filio pepercilſe; ſicut in obſidione Hjeroſolymitana de quadam Maria narrat Joſeph Hebræus Hiſtoricus, ut recenſet inter alios Regni Scriptores Leccia de *ſubfeudis lib.* 1. *mihi fol.* 84. *col.* 2.

10. Mirum ſane videtur, quod cum pluries bellico furore igne, ferroque everſa fuerit, & ſolo æquata hæc inclyta Civitas, ſemper tamen in meliorem formam Civium magnanimitate majori cum ornatus fœnore reſtituta fuit; adeo-ut Anno 1480. cum Mahometes II. ad diſtinendum Ferdinandum Regem Neapolitanum, ne ſuppetias ferret Rhodiis, cum quibus bellum inibat, miſiſſet in Italiam ingentem claſſem, quæ ab Epiro Hydruntum appulit, & hanc Urbem diebus ſeptemdecim tormentis graviter verberatam, tandem expugnavit; Rex Ferdirandus ejecturus Turcas ab Italia, militem ſcribens, & commeatum parans, Materæ ſedem fixerit, ibique plures per menſes moratus, donec Turcæ Hydruntini morte Mahometis audita, & apparatu Chriſtianorum, accepto commeatu in Græciam redierunt. Qua animi magnitudine, & erga Religionem pietate prædit us Populus Materanus fuerit occaſione hujus ſacri belli Hydruntini præſtantiſſime oſtendit; invictus namque periculis, interritus, ut antiquitus ſemper, & malis ſuperior, primus gementi ſub Barbarorum tyrannide Civitati manum auxiliariam præbuit, & ne ſacræ militiæ commeatus deeſſet, opes omnes publicas, & privatas, & quod haud dubie præſtantiſſi-

Recenſetur Materanenſium animi magnitudo occaſione ſacri belli contra Turcas.

tiſſimum fuit, Eccleſiarum omnium ſacra vaſa, ſive aurea, ſive argentea, ſacramque omnem pretioſam ſuppellectilem in hoc ſacro bello promovendo impendendam tradidit. Sicque ſe probavit optimam ſobolem generoſorum illius Civitatis Conditorum, & fortem Religionis, quam uſque a D. Petro Apoſtolo acceperat, aſſertorem; quamobrem meruit tot Regiis Diplomatibus, & Pontificiis Bullis extolli, quorum aliqua, hoc factum ſpecificantia, damus *Regeſt. n.* 2. A. P.

11. Hæ ſiquidem ſunt eximiæ virtutes, quibus prædita aliqua Civitas, etſi nova, & obſcura, Principum munificentia conſpicua, & cæteris præſtantior, privilegiis, & prerogativis redditur, etenim temporis diuturnitas, quæ caſuali, & fortuito innititur principio, cum non fulciatur virtutis fulcro, nullo numero habenda venit, nam Populus ignarus, & ſemipaganus, Civitas egena, & inops dignitatem non tuetur, ſed illam ad dedecus uſque deprimit; eapropter Civitates, quæ bellorum calamitate, vel temporum injuria depopulatæ, ferro diremptæ, vel incendiis, & cædibus vaſtatæ fuerunt, honorem, & dignitatem cum ſplendore amittunt. Exemplum præ cæteris in Civitate Gradenſi habemus, quæ ex antiquo fulgore cum decidiſſet, cum populo, & mænibus amiſit etiam Patriarchatus inſignia, ad Eccleſiam, olim Epiſcopalem, Venetiarum translata, ne in Civitate ſolo æquata, & ad ultimam egeſtatem redacta, prout de Acherontina loquuntur Epiſtola Innoc. III., & Bullæ Xyſti IV., & Leonis X., Epiſcopalis Dignitas vileſceret *Regeſt.* n. 3. 4., & 5.. Et quamquam multa plura, & fuſiori calamo de vetuſto Materanæ Civitatis ſtatu, & Viris pietate, literis, & armis inſignibus prænarranda forent, ſi otium eſſet, & noſtrum inſtitutum commode pateretur; nihilominus hæc antiquitatis latebras tenebroſas rimando, delibaſſe ſatis ſit,

cum

cum operæ pretium ducamus aliqua de clariſſimo præſenti ſtatu referre, & Civitatis Acherontinæ variam fortunam itidem recenſere, ut ex alterna, mutuaque comparatione emicet noſtræ Civitatis longè dignioris nitor.

Deſcribitur ſtatus præſens Civitatis Materæ

12. Sicuti veterrima Urbs Matera ſitu, nobilitate, pietate, & opibus nemini ſecunda non modo in Lucania, ſed etiam in finitimis Provinciis fuit, ita hodierna nobilior, ingenti Clero, Populoque referta, trium ferè milliarium circuitum habitatoribus replet; propterea principem locum in illa Provincia tenet, & tam in temporalibus, quam in ſpiritualibus jus ampliſſime dicit; in ea ſiquidem reſidet non modo Archiepiſcopus, qui in ſua, & quinque Suffraganeorum Diœceſibus juriſdictionem exercet, ſed etiam Præſes Regius, qui cum integro Audientiæ Tribunali, quatuor nimirum Auditoribus, cum Fiſcali ad Fiſci jurium tuitionem, ac ingenti Scribarum numero, de controverſiis totius Baſilicatæ dijudicat. Conſtat Clerus ſolius Cathedralis tribus Dignitatibus, triginta Canonicis, qui Rocheto, & Cappamagna ad inſtar inclyti, & excelſi Collegii S. Joannis a Laterano Almæ Urbis decorati fuerunt a b.m. Clemente XI. fere in principio ſui Pontificatus; ſeptuaginta, & ultra Beneficiatis, & quadraginta Servientibus Choriſtis, omnibus Choro addictis, præter magnum Clericorum, & in quatuor Minoribus Ordinibus conſtitutorum numerum, qui Eccleſiæ inſerviunt, & Miniſtrorum juſſa capeſſunt. Qui omnes per dietas diſtributi quotidie cum Cantu Officium Divinum, etiam Feriale in Choro integre concinunt, annuumque Cenſum non exiguum, & ſupra cujuslibet indigentiam ex ejuſdem Metropolis proventibus accipiunt, quod aut ſingulare eſt in tota Italia, aut certe perrarum.

13. Ultra Eccleſiam Cathedralem tres in eadem Civitate numerantur Colligatæ, quæ Populo ſacra miniſtrant, adeo

adeo Clero affluentes, ut ſoli Eccleſiæ S. Petri Caveoſi ſupra ſeptuaginta inſerviant Presbyteri, qui itidem congruo cenſu, ad commodam honeſtæ vitæ ſubſtentationem, fruuntur; præter Clerum vagum, qui nulli addictus Eccleſiæ, omnium indigentiis famulatur. Laborioſum, & nimis longum ſane eſſet ſingula Loca pia, & omnium Sodalium Cætus diſtincte recenſere, illorumque pietatis exercitia ſingillatim enarrare, cum innumera ſint fere omnis Cætus, & profeſſionis; ſicuti tot Conventuum, & utriuſque Sexus Monaſteriorum, quibus affluit hæc optime inſtituta Civitas, ſingula numerare, & ſolummodo, ut aliqua recentia promamus pietatis in dies augeſcentis hujus noſtræ Civitatis argumenta, juvat recenſere, quod nuper tot Regularium Cœnobiis novum Fratrum Hoſpitalitatis, ſatis de redditibus proviſum, ad pauperes, & præſertim valetudinarios ſublevandos, ſuperaddidit. Annis itidem elapſis, noſtra tempeſtate, Monaſterium Sororum S. Claræ funditus extruxit, opibus ditavit, & omnibus numeris abſolvit; Cujus Sanctitatis fama longe lateque diffuſa, non modo finitimarum, ſed longe diſſitarum etiam Provinciarum corda ad pietatem colendam ſuccendit. Non vulgaris eximiæ Religionis nota, & argumentum.

14. Sed ſi cuncta verbis complecti, & recolere fas eſſet, quis finem faceret? Igitur ad conſulendum brevitati pene infinita ſcitu digna, quæ eam Urbem ornant, reticere, & miſſa facere cogimur; attamen prætermittendum minime autumamus nobile, & in tota fere ditione Neapolitana, Seminarium, quod ſtructura mirabile, non modo Centum Seminariſtis, illorumque Magiſtris, & Miniſtris, ac publicis gymnaſiis omnium fere Scientiarum, Artiumque, & orientalium linguarum, ſed ipſis etiam Archiepiſcopis commodam exhibet habitationem; quamquam hi proprium, vetuſtum, & æque nobile incolant Palatium, ſitum prope Eccleſiam Me-

Seminarium Materanum deſcribitur.

tropolitanam cum interiori ad eam aditu. Alit modo hoc Collegium, opibus ditiſſimum, Septuaginta fere Juvenes, quos omnigena literatura homines format, vigilantia, & curatam bon. mem. Archiepiſcopi Poſitani, numquam ſatis ob eximias animi dotes laudandi, quam moderni Archipræſulis Mariconda Equitis Neapolitani præclara eruditione viri, qui certatim invigilat ad optime efformandam juventutem, Gregemque apoſtolice undequaque regendum.

Adumbratur ſtatus antiquius Civitatis Acherontiæ.

15. At de Civitate Acherontiæ quoque verba facere operæ pretium ducimus, ut ex hypotypoſi ambarum Civitatum, veluti ex parallello, ante oculos eas obverſari videat lector, indeque judicium recte, riteque efformet; eo magis quia paucis verbis illam complectemur, cum nulla ſubeat remorandi materies, præſertim ſi ſtatum modernum inſpiciamus, cum de antiquo tenui, & inopi, ſatis erit referre carmina Horatii Flacci Venuſini ex illa Civitate, ob propinquitatem, fere indigenæ libr. 3. ode 4.

Mirum quod foret omnibus,
Quicumque celſæ nidum Acheruntiæ,

Quæ carmina commentando, & interpretando Joannes Fabrinus Scholiaſtes fol. mihi 173. hæc habet — *Nidum Acheruntiæ* „ Queſto è un Caſtello nella Lucania picciolo, e fatto ſopra un alto monte; chiamalo nido, perchè egli è „ picciolo, ed in ſu un monte tanto alto, che pare un nido „ d' uccello in ſu un albero. Quibus aſtipulantur Aſcentius alter ejuſdem Horatii Scholiaſtes, qui ad prædicta carmina hæc habet: *Nidum*: *ideſt oppidulum, poſitum in monte, ut nidus ſolet in arbore*; *Acherontiæ*; *illius oppiduli*: *Celſæ*, *ideſt in ſublimi ſiti*. Philippus Cluerius in ſua Italia ibi — *Circa Venuſiam eſt oppidum Acheruntia, vulgo Cirenze* — Michael Antonius Baudran in additione ad Lexic. Philip. Ferr. verbo Acheruntia: *Deficit in dies*, *eſtque* par-

parva admodum ; & Proſper Pariſius de Numiſmatibus Magnægræciæ illam, apte nimis, appellat Urbem deletam.

16. Ipſum ſane nominis etymon præcinuit infauſtæ Civitati, portenditque eam vaſtitatem, & deſolationem, in qua miſerrime degit, & tot antiquorum figmentis, & commentis occaſionem præbuit. Α'χέων, νως, quippe, unde Acheruntiæ nomen inditum, dolorum fluvius interpretatur, quaſi ἀχέων ῥόος, ut tradit Cornelius Schrivellius in ſuo Lexico verbo Α'χέρων; de quo execrabili, deteſtandoque amne in Lucania fluente meminit Titus Livius Decade 1. libr. 8. cap. 21. prope finem ibi -- *Increpans nomen obominandum fluminis: jure Acheros vocaris, inquit*; cui aſſentitur Auctor Gallicus Franciſcus de Salignac in libro, cui titulus *Les avventures de Telemaque file d'Uliſſe livre* 8. fere in principio, ubi hanc Civitatem in abrupti montis cacumine, veluti avium nidulum in arboris ſummitatem, juxta Horatii Scholiaſtes, omnibus coloribus mirifice adumbravit, & per vivam hypotypoſim ſub oculos poſuit, ac ex agri infœcunditate ſterilem, omnibus egenam graphice depinxit; nec a vero ſane digitum, aut pedem unum digreſſus eſt, verba Auctoris ſunt: „ On appelloit Acherontia &c. (4) La Vil-
„ le etoit ſur un rocher posèe, come un nid ſur le haut d'un
„ arbre &c. Tout au tour il ne croiſſoit ni herbes, ni
„ fleurs; on n'y ſentoit jamais les doux Zephirs, ni les gra-
„ ces naiſſantes du Primtems, ni les riches dons de l'Autom-
„ ne. La Terre aride y languiſſoit: on y voioit ſeulement
„ quelque arbuſtes depouilles, e quelque Cypreis funeſtes.
„ Au loin meme tout à l'intour Ceres refuſait aux labou-
„ reus les maiſſans dorees. Baccus ſembloit en vain y pro-
„ mette ces doux fruits: les grappes de Raiſin ſe deſſechoient
„ au bien de meurir. les oiſeaux ne chantoient jamais dans
„ cette terre heriſsèe de ronceis, e d'epineş, e n'y trouvo-

„ ient au-cun bocage pur ſe retirer. Ils alloient chanter „ leurs amours ſous un Ciel plus doux. Laon n'entondoit, „ que le coaſſement des Corbeaux, e la voix lugubre des „ hibouz. L'herbe meme y etoit amere, e les troupeaux, „ qui la paſſoient ne ſentoient point la douce joie, que les „ fait bondir. Quæ verba Italice exponuntur. „ Quel luo- „ go chiamaſi Acheronzia &c. ma la Città era collocata ſo- „ vra una rupe, come un nido ſopra la cima d'un albe- „ ro &c. Dintorno ad eſſa non vi creſcevano erbe, nè fio- „ ri, mai non vi ſi ſentivano i dolci Zeffiri, nè vi facea vede- „ re la Primavera le ſue naſcenti bellezze, nè i ſuoi ricchi „ doni l'Autunno. Quì languiva l'arida terra, e vi ſi ſcor- „ gevano ſolamente inſieme con alcuni sfrondati arboſcelli „ pochi funeſti Cipreſſi. Per tutto all'intorno negava la ter- „ ra le ſue dorate ricolte a' Lavoratori. Pareva, che le Viti „ ivi prometteſſero indarno i loro dolci frutti, i grappoli „ d'Uva ſi ſeccavano in vece di maturare. Non veniva a „ cantare alcun Uccello in quella terra iſpida di rovi, e di „ ſpine, nè vi ritrovava boſchetti per ritirarſi. Andavano „ gli Uccelli a cantare i loro amori ſotto ad un Cielo più „ dolce, ed ivi non ſi ſentiva, che la funeſta voce de' gufi, „ ed il gracchiare de' Corbi; era quivi amara l'erba medeſi- „ ma, e le Gregge, che la paſcevano non ſentivano quella „ dolce giocondità, che le fa ſaltellare per la Campagna &c. Cui Anonymus, qui adnotationes ſubtexuit ſub citato nuro 4. ſubjungit: „ Acherontia etoit une Ville de la Pouille „ ſituèe ſur une montagne a l'eſtremitè de l'Italia. „ Acheronzia era una Città della Puglia, ſita ſopra una montagna „ nell'eſtremità d'Italia.

Delineatur hodiernus ſtatus inops Acherontiæ.

17. At ſtatus præſens illius indigæ, pauperrimæque Civitatis longe antiquo infelicior eſt, namque a paucis habitatur perſonis, & Clerus, cujus meliorem partem alienige-

genæ conſtituunt, eſt adeo exiguus, ut nec infimæ Civitatis noſtræ Collegiatæ numerum adæquat. Nullum adeſt Regularium, aut Monialium Cœnobium, & ſola Cathedralis ſacra miniſtrat. Aſſervantur ibi S. Canionis Martyris, & Epiſcopi vetuſtiſſimæ Urbis Grumenti, nunc funditus deletæ, ſacra Lipſana; at adeo inculte, quamvis propriis ſumptibus, ac præceptis Archiepiſcopi omnes ſemper omnimodam culturam exquirant, ut die Celebritatis ad illa veneranda accedentibus admirationem ſimul, & ſtuporem incelient, & incutiant. Eccleſiæ Cathedrali, quæ non ope illius exigui, inopiſque populi, ſed magnificentia, & zelo Archipræſulum ſubſiſtit, inſerviebant octo Canonici, & duæ Dignitates; ſed Canonicorum numerus nuper anno 1722. adauctus ad duodenarium fuit, ſedente b.m. Archiepiſcopo Brancacio *Reg. num. 6.* nullo tamen Apoſtolicæ auctoritatis fulcro, imo nec acta erectionis fuerunt præmiſſa, aut conflata, ne forſan nullitatis veſtigia poſteris relinquerentur. Pauca tecta illius ærumnoſæ Civitatis inter parietinas, & vetuſtiſſima rudera, raro diſperſa, in dies ruunt. Annona prorſus deſideratur, imo quod omnem excedit fidem, nec panem venalem hoſpitibus exhibet recenſita nominetenus Civitas, & aquæ potum locus ipſe lapideus præceps, & abruptus, naturaliſque ariditas denegat, adeout loci infelicitas, aeris intemperies, domorum ruinæ, & rerum omnium inopia illam Civitatem infauſtam, miſerandamque conſtituunt; Ut illam paucis verbis in ſua relatione occaſione Viſitationis Sac. Liminnum An. 1667. perſtrinxit Archiepiſcopus Lanfranchi, ibi — *Acheruntia & c. hodie & c. anguſtis, ruentibuſque præcincta muris, paucos, hoſque pauperrimos alens habitatores, propemodum deſolata conſpicitur, nec aſſertæ priſtinæ dignitatis monumentum aliquod retinet. Palatium Epiſcopale nullum, nec quod inibi aliquando fuerit, apparent veſtigia. Regeſt. num. 7. &*

 lit.

lit. A. In montis calce inviſitur unicum pauperrimum Cœnobium Fratrum Minorum, quos de Obſervantia vocant, in quo perpauci in ſumma egeſtate degunt Religioſi, qui ex finitimis pagis eleemoſynas corrogare coguntur. Non immerito igitur hanc Civitatem Cardinalis de Luca Venuſinus, teſtis ocularis, tamquam ex ea fere indigena *diſc. 26. ſub n. 1. verſ. Cum Archiepiſcopus, in Miſcell. Eccl.* ſcribens pro Acherontinis appellat pene depopulatam.

Urbem Materam Acheruntiæ nomen habuiſſe ferunt quamplurimi Scriptores, & enunciatur alia non diſſimilis traditio de Metaponto, & Heraclea.

18. Hic obiter advertendum æquivocum, in quod præclaros Regni noſtri Scriptores incidere forſan fecit Materanen, & Acherontinen Eccleſiarum primæva, & immemorabilis unio, nempe Urbem noſtram Materam Acheruntiæ nomen antiquitus habuiſſe. Quamplurimi itaque cum de ejuſdem inclytæ Civitatis noſtræ memoratu digna tradere voluerunt, ipſam Acheruntiæ vocabulo nominarunt, ſic tamen explanantes: Acheruntia, nunc Matera. *Ita Jo.m. Bapt. Caraſa deſcript. Regn. Neap. p. 1. lib. 2. §. 1. ibi* „ Coſtanzo Imperatore &c. con groſſo eſercito venne in Italia a danno de' „ Longobardi &c. e con l'armata giunſe a Taranto; il che „ ſentendo Romualdo ſubito fortificò Luceria, ed Acheruntia „ oggi detta Matera. „ Similia habet verba Pandulph. Collenuc. *Hiſtor. ejuſdem Regni lib. 2.* I eand. Albert. *deſcript. Ital. Venetiis edita ab Ugbolino 1596. fol. mihi 223. a tergo ibi* „ Caminando poi 12. miglia per il Monte Appennino ritrovaſi „ fra eſſo una bella Valle, ove ſta poſta la Città di Matera già „ detta Acheruntia. Quibus aſtipulantur Octav. Beltran. *deſcription. Regn. Neap.*, Scipio Mazzella Hiſtor. ejuſdem Regni. Abraham Ortel. Theſaur. Geograph. verbo Acheruntia, Tarcagnota, & alii multi. Imo Joan. Ant. Magini Patavin. in Geographia Univerſali Tit. la Magnagrecia fol. mihi 87. comprobat citatos Auctores de noſtra Civitate locutos fuiſſe ibi „ Matera Città Archiepiſcopale popolata, ricca, e „ di

„ di fertiliſſimo Territorio, la quale giace in una Valle ame-
„ na &c. Quidam vero venerantes antiquitatem, antiquo, ut putarunt, vocabulo uſi, nimirum: *Acheruntia*, gloſſam recenſitam, nempe: *nunc Matera*, prætermiſerunt, cum qualitates, variaſque fortunas ipſius noſtræ vetuſtiſſimæ Urbis Materæ Civiumque referre debuerunt. Unde evenit quod ex hujuſmodi nominis æquivoco, & confuſione ſe extollere non erubuerit parva Acherontia, ſibi aliena arrogando, alieniſque quandoque Caſibus nomen ſuum magnificum venditare, ac memorandum: At forſan tantum in tempore æquivocarunt Scriptores, cum certum ſit ab everſione Metaponti Urbem noſtram fuiſſe Materam appellatam, & ſolummodo inolevit differentia an cum aſpiratione intermedia nempe *Mathera*, vel ſine, ſcilicet *Matera* ſcribi deberet, & cauſa fuit ſequens parum diſſimilis traditio ab enunciata §. 2. Civitati noſtræ nomen Materæ dediſſe fertur Cives Illuſtrium quondam Urbium Metaponti, & Heracleæ. His enim dirutis, reliqui Cives Urbem noſtram petentes, eam magnificentiſſime dilatarunt; utque deletarum vivificaretur memoria, uterque Populus nomen ſuæ contendebat noſtræ aptare Civitati; jurgia tamen, jam prope ab armis decidenda, compoſuit Pythagoras ſcribens, amplificatæ Civitati utriuſque Populi impendio, curaque nomen conſtrui ex primis literis cujuslibet ex duabus jam vaſtatis Urbibus. Determinatione concorditer acceptata a Metaponto Met, Hera ab Heraclea habitis elementis, Meteræ ortum vocabulum; proptereaque cum aſpiratione intermedia ſcribi debere defendunt, qui huic adhærent traditioni; indeque E in *A* mutata, Materam vocatam volunt, ut Matris græcum nomen haberet Locorum a ſuis Civibus conſtructorum cit. §. 2.

19. Sed de ambarum Civitatum varia fortuna ſatis verba feciſſe nobis videtur, tempus eſt jam aggrediendi opus propoſi- *Techna I.* Detegitur

primus Ughelli error, qui tribuit Acherontinæ Eccleſiæ decem Loca Materanæ Diæceſis, & reticet quatuordecim Oppida Diæceſis Acherontinæ.

poſitum, & oſtendendi quantum a vero abierit Ughellus, Acherontinis nimis facile credendo, & quanta commenta in eorum gratiam effinxerit, cum aliunde ipſe illorum hiſtoriæ rudis, & ignarus fuerit, nam cum in principio ſuæ hiſtoriæ *Col. nempe 9. lit. C.* referat Acherontinam Diæceſim latiſſime patere; in Locorum deinde numeratione illam contrahit ad decem Loca Materanæ Diæceſis, quæ Materam circumſtant, & veluti circumſepiunt, & reticet Terras quatuordecim, quæ abſque ulla contradictione de Acherontina dicuntur Eccleſia, tamquam illam circumcingentes, & ambientes; ſic diligentiſſimus hic Hiſtoricus ἐν τῷ προθύρῳ in veſtibulo hæſit in aqua, etenim propugnaturus tamquam unicum totius operis ſcopum latitudinem Diæceſis Acherontinæ, turpiter ignorat quantum illa ſe extendat, taciteque innuit ſe nec prima illius hiſtoriæ elementa linxiſſe, & deguſtaſſe, ſed ad Acherontinorum relationem ſcripſiſſe, nulla adhibita mentis ſagacicitate in rebus diſcernendis, unde argui poteſt fides, quæ huic Hiſtorico adhibenda venit, in iis præſertim, quæ ab ipſo non adeo principaliter intenduntur, idcirco non immerito Sacra Almæ Urbis Tribunalia illum pluries rejecerunt, tamquam Hiſtoricum modernum, ſcribentem ad Partium relationem, & præcipue Rota coram Falconerio *Tom. 2. tit. 23. de Offic. Ordinar. deciſ. 2. n. 25. ibi — adverſus hucuſque conſtabilita non meretur attendi aſſertio Ughelli Ital. Sacr. Tom. 7. fol. 663. &c., quia cum iſte Hiſtoricus multa referat ad relationem ipſorum Epiſcoporum &c. Inde eſt quod etſi aliquando a noſtro S. Auditorio fuerit eidem Hiſtorico tributa aliqua fiduciaria laus, tamen vel accidit circa præcipuum factum Chronologicum, & antiquum, vel quando ejus dicto patrocinantur alii probatæ fidei Hiſtorici, non vero in ſimplicibus facti circumſtantiis &c. cum certum ſit Hiſtoricorum aſſertiones deſtrui a publicis ſcripturis contrarium probantibus Rot. Coram bon. m. Alexandr. VIII. dec. 253.*

*dec.*253.*n.*1. Et Cardin. de Luca de Juriſdict. *diſc.* 20.*n.* 7. *ibi*: *Reſcriptum fuit exhiberi authenticum documentum Literarum Pii V.*, *cum deduceretur ſolum illarum tenor regiſtratus apud Ughell. tom.7. Ital. Sac. agendo de iſta Eccleſia*, *cui merito delatum non fuit*, *tamquam Hiſtorico moderno multa referenti*, *pluresque ſcripturas regiſtranti ad ſimplicem relationem*, *ſeu exhibitionem ipſorum Epiſcoporum*, *vel aliarum Partium*; *quamvis enim habeamus in jure concluſionem ſuper fidem Chroniſtis*, *& Hiſtoricis præſtandam ex deductis per Maſcard. de probat. concl.*287., *Gratian.diſcept.*893.*&c.Nihilominus ea intelligitur ubi agitur de antiquis*, *& probatis Hiſtoricis*, *in quibus nulla affectationis*, *& Partium ſugeſtionis ſuſpicio urgeat*; *ſecus autem in modernis*, *& ubi dicta probabilis ſuſpicio obſtet*. Idem Doct. de Præhem. *diſc.* 3.*n.* 10.ibi: *Hinc perinde prorſus vanum dicebam fidem adhibere hujuſmodi ſcriptoribus vel tamqnam factionariis*, *vel ad partis collitigantis inſtantiam ſcribentis &c.*

20. In margine columnæ 9. ſuæ Italiæ lit. C. recenſet Ughellus, ſive illius Poſtillator in Acherontia duo adeſſe Virorum Cœnobia, cum, ut præmiſimus unicum dumtaxat reperiatur Fratrum de Obſervantia ſub regula S. Franciſci degentium, ut eſt evidens, & patet a relationibus Archiepiſcoporum pro Viſitatione liminum Sanctorum Apoſtolorum datis, adeo inops, ut paucos paſcat Alumnos, qui, ob nimiam Civitatis egeſtatem, a finitimis locis eleemoſynas emendicare coguntur. Siquidem ipſemet Ughellus eadem columna 9. lit. C. in fine aſſeverat quod *ager Acherontinus admodum parvus eſt*. Alterum vero Cœnobium quod effingitur, cum, luſtratis omnibus ruderibus, & parietinis illius depopulatæ Civitatis, & rupibus præcipitis montis, ad quem nonniſi per unicum, & anguſtum iter aſcenditur, hucuſque reperiri non potuit, facile erit in Archetypa nova efformanda urbe, cujus τύπον in mente forſan gerunt Acherontini, quod jam factum

Techna II.

Non duo Acherontiæ ſed unum dumtaxat exiſtit Cœnobium Virorum mendicantium a Civitate longe diſſitum, quod Eleemoſynis finitimorum ſuſtentatur.

bono. Seni ſuppoſuerunt, iſque poſtilla patulo excepit ore conſignandum perpetuo poſteritati, tamquam æternum ſuæ nimiæ facilitatis argumentum.

Techna III.

Contrahit Ughell. numerum Canonicorum Eccl. Metr. Materæ ad vigintiſept.

21. Progreditur Ughellus ad enarrandam utriuſque Eccleſiæ hiſtoriam, & Materam magnam urbem juremerito appellat, ſed livore quo in eam Civitatem inſontem abundadabat Col. 12. lit. B. contraxit Canonicorum numerum illius celeberrimæ Metropolis ad vigintiſeptem, cum revera, tribus compræhenſis Dignitatibus, trigintatres ſint, præter ſeptuaginta circiter Beneficiatos, & quadraginta Choriſtas Servientes, omnes Choro addictos, ut ſupra recenſuimus; prout controverti non poteſt, & patet ex antiquioribus, modernis omiſſis, Archiepiſcoporum relationibus S. Congregationi Concilii occaſione Viſitationis Sacrorum liminum datis, quas afferre, aliave documenta ad hanc comprobandam veritatem, eſſet accenſa lucerna lucem meridianam oſtendere. Sed in his, & ſimilibus cauſamur Acherontinorum πανουργίας aſtus, & calliditates, quibus bonum Senem eluſerunt.

Techna IV.

Propugnatur Relatio Luitprandi tranſcripta a Card. Bar.

22. Auſpicatur deinde Ughellus col. 10. lit. D. prope finem ſermonem de Materanis Epiſcopis a relatione Luitprandi Epiſcopi Cremonenſis, quam reportat emunctæ naris Hiſtoricus, Pater ſcilicet Eccleſiaſticorum Annalium, Cæſar Cardinalis Baronius, inclytæ Civitatis Soræ αὐτόχθων indigena clariſſimus, Regni Neapolitani, imo totius Italiæ decus, & Eccleſiæ Romanæ Sydus perlucidum ſub annum 968. §. Nicephorus, ſequentibus diſertiſſimis verbis: *Scripſit itaque Polyeuctus Conſtantinopolitanus Patriarcha privilegium Hydruntino Epiſcopo, quatenus ſua authoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in ACIRENTILA, Turcico, Cravina, MATERIA, & Tricario, qui ad conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur*; hucuſque Luitprandus. Et quamquam recitata verba tam clara ſint, ut

ut alium ab eo, quem ſonant, ſenſum non admittant; nihilominus Ughellus contrarium illis aptare conatus eſt; vult enim quod facultas Epiſcopo Hydruntino demandata ſuum non ſit ſortita effectum quoad Epiſcopos Materanos, quia *de illis in Diptycis, & Sacris Tabulariis altum ſilentium*, ſicque Litem dirimit Ughellus, ut ſæpe ſolet, vigilando ſomnians.

23. Etenim Luitprandus in ſua nimis aperta, & clariſſima relatione indiſcriminatim recenſet omnes ſuprarelatos Epiſcopatus, & refert in his omnibus demandatam fuiſſe facultatem Epiſcopos *conſecrandi* Antiſtiti Hydruntino, tamquam ſuos Suffraganeos, ut ipſe ex ſimplici Epiſcopo factus Metropolita, Jura Archiepiſcopalia, quæ præſertim in Conſecratione conſiſtebant, exerceret; ſenſus hic noſter deſcendit immediate ex litera Luitprandinæ relationis, ubi luculenter dicitur, mentem Patriarchæ Conſtantinopolitani fuiſſe, ut Eccleſia Hydruntina in Archiepiſcopalem erigeretur, illis verbis. *Scripſit Nicephorus &c. ut Hydruntinam Eccleſiam in Archiepiſcopatus honorem dilatet, nec permittat in omni Apulia latine amplius, ſed græce myſteria ſacra celebrari*. Hujuſmodi Eccleſiæ Hydruntinæ in Metropolim erectio effectum ſuum ſortiri non potuiſſet abſque deſtinatione, & aſſignatione Epiſcopatuum Suffraganeorum; idcirco illi addixit quinque Epiſcopatus latinos, qui ad Sedem Apoſtolicam ſpectabant, & vetuit, ne in illis impoſterum latine, prout uſque ad ea tempora fieri conſueverat, ſacra miniſtrarentur, ſed græcanico ritu cuncta conficerentur; verba, quæ ſequuntur noſtrum ſenſum mirifice exprimunt: *Scripſit itaque Polyeuctus Conſtantinopolitanus Patriarcha privilegium Hydruntino Epiſcopo, quatenus ſua authoritate habeat licentiam Epiſcopos CONSECRANDI in ACIRENTILA, Turcico, Gravina, MATERIA, & Tricarico, qui ad conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur*.

 24. Ex

24. Ex quibus promanat clarior noſtræ Thæſis probatio, nempe quod tempore Luitprandi relatæ quinque Eccleſiæ jam Epiſcopales fuerant, nam eorum Epiſcopatus ad Sanctam Sedem Apoſtolicam ſpectare dicuntur, ut ipſemet Luitprandus fatetur, alias irrationabiliter conquereretur de græcanico auſu, ex quo nullum emanaſſet præjudicium Sanctæ Sedi, cujus jura in ea relatione tueri videtur, in qua notatu digna ſunt illa verba: *Qui ad Conſecrationem Domini Apoſtolici pertinere videntur*, quia innuunt Epiſcopatuum tunc exiſtentiam, & eorumdem pertinentiam ad Sanctam Sedem; effutiit ergo Ughellus, dum phanatico enthuſiaſmo divinando prophetavit, græcanicum auſum altas radices non fixiſſe, & ſubinde intulit omnes recenſitas Eccleſias Epiſcopis caruiſſe.

25. Facilem ulterius ſe prodit ipſemet Ughellus ex eo quod, texens hiſtoriam Eccleſiæ Acherontinæ, arguit antiquitatem illius Epiſcopii ex relatione Luitprandi; poſtmodum verba faciens de Epiſcopatu Materano pagina ſequenti ex eadem relatione arguit novitatem, & tanquam ſi non eſſent eadem verba, idemque verborum contextus, proprio arbitratu modo ad unum, modo ad alterum contrarium ſenſum illa, futiliter detorquet; pluribus communia uni diſpotice concedens.

26. Imo hic Ughellinus arbitrarius intellectus apertam involvit contradictionem, & recta delet Acherontini Epiſcopi antiquitatem, quam ipſe acriter propugnat; ſiquidem aut illa Loca relata a Luitprando habebant Epiſcopia, vel non? Si ſecundum, ergo Acherontia Anno 968. Oppidum erat, non adhuc Epiſcopalibus honoribus inſignitum, & ſic Ughellus ſecum pugnat, dum ad tertium ſæculum illius Eccleſiæ refert primordia. Si primum, & Epiſcopos habebant, liti impoſitum perpetuum ſilentium, & cauſa deciſa pro omnibus

bus

Digitized by Google

bus recenſitis Locis, cum de omnibus indiſcriminatim fiat mentio in plures citata relatione, ibi: *Quatenus ſua auctoritate habeat licentiam Epiſcopos conſecrandi in Acirentila, Turcico, Gravina, Materia, & Tricarico*; cumque ut patet non ſit major ratio unius Eccleſiæ, quam alterius, vel omnes Epiſcopales cenſendæ ſunt, vel fatendum omnes Epiſcopis caruiſſe. Atqui per Ughellum Acherontia eo tempore, & longe antea Epiſcopalis erat; idem igitur omnino dicendum venit de Matera, & reliquis quatuor Civitatibus.

27. Nec recte ratiocinatur Ughellus, dum arguit novitatem Eccleſiæ Materanæ, cæterorumque Locorum a Luitprando recenſitorum, ex eo quod de illis in Diphtycis, & Tabulariis nulla mentio habetur; nam ſi hoc verum eſſet, tot Civitates, quarum Præſules per ſæculorum fere decades ignorantur, Epiſcopales non extitiſſe dicendum eſſet, cum tamen tales decernat una vel altera ſecundi, vel tertii ſæculi, & in nomine quandoque deformata denominatio, nullatenus refragrante tot ſæculorum ſubſequentium ſilentio: exempla hujuſmodi antiquarum Eccleſiarum, quarum Antiſtites per plura ſæcula deliteſcunt, habentur paſſim in eodem Ughello, & præſertim in Sede Acherontina, cujus Præſules per ſpatium tercentum annorum ignorantur; an propterea fatendum hiſce intermediis temporibus Acherontiam Epiſcopis caruiſſe? Italia enim ſicuti totius Terrarum Orbis melior pars, ita omnium votis expetita, omnium quoque experta eſt arma; quamobrem tot Barbarorum direptiones perpeſſa, cædibus, igne, ferroque vaſtata, monumenta inſigniora amiſit, & ex domina fere totius Orbis, variarum paſſa dominatus Nationum, tot viciſſitudinum caſibus, vix retinet vetuſtæ ſpeciei, & præſtantiſſimæ formæ reliquias. Hinc promanat tot inclytorum, veterrimorumque Tabulariorum depopulatio, quæ interitum, fatumque tot inſigni-

bus ſacris profaniſque facinoribus, & oblivionem attulit. Idcirco apud Doctores ortum eſt effatum, quod quotieſcumque de alicujus rei origine non conſtat, illa vetuſtiſſima cenſenda ſit & ab hominum memoria abſcondita *Extravag. I. de Empt. & Vendit. Gloſſ. memoriam in l. 3. §. dubius ff. de aqua quotidiana*: etſi vetuſtatis documenta non promantur, quæ ipſa originis caligo, & obſcuritas obduxit, & contegit; ideoque in vetuſtatis latebris conſepulta autumantur, & præſumuntur. Fallitur igitur Ughellus illarum Eccleſiarum vetuſtatem improbando, quarum in Diptycis altum ſilentium; nam præterquamquod Diptycæ fortunæ caſibus ſubjacent *Cardinal de Luca de Judicii diſcurſ.* 28. *num.* 27. & priorum ſæculorum in omnium generaliter Eccleſiarum Tabulariis, & Archiviis deſiderantur; deinde ſufficit, ut mox diſſeruimus, ipſa originis obſcuritas. Cumque Materanæ Eccleſiæ, ſive illius veterrimi Epiſcopii, ignoretur ortus, fatendum omnino illam vetuſtiſſimam fuiſſe, & ſynchronam forſan, ne dicam antiquiorem, Acherontina.

Techna V. Demonſtratur vetuſtas Epiſcopatus Gravinenſis.

28. Et re ſane vera Gravinenſis Eccleſia, de qua fit mentio in eadem relatione Luitprandi, Anno 876. & ſic per fere ſæculum antequam retuliſſet, jam Epiſcopum habebat, quod comprobatur tum ex Teſtimonio Cardinalis Baronii Tom. 10. Annal. ſub cit. An. 876., ubi refert quendam Leonem Epiſcopum Gravinenſem Concilio Pontigonenſi interfuiſſe, & orationem habuiſſe ſuper ingredientes; tum etiam ex ipſomet Ughello; is namque auſpicatur hiſtoriam Epiſcoporum Gravinenſium a præcitato anno 876. expreſſam mentionem faciens de eodem Epiſcopo Leone; at deinde pag. ſeq. hiſtoriam a ſe antea exaratam penitus ſtupide oblitus, eandem reiterat, repetitque ab Anno 1061. Alexandro II. Pontifice; propter eaque non immerito a Nicolao Coleto Sacerdote Veneto ejus Poſtillatore, qui additiones in ulti-

ultima editione ſubtexuit, in calce col. 114. ejuſdem Tom. 7. capitur, inuriturque cenſoria nota parum fidæ memoriæ hiſce verbis: *Excidit hic Ughelli narratio, nam præcedentibus jam fere ducentis annis initium ſumit ex eodem Ughello ſeries Gravinenſium Epiſcoporum*. Ita Coletus, qui jam nimiam Ughelli facilitatem ſubdoratus fuerat. Ex quibus ſatis ſuperque perſpicuum, clarumque redditur, quinque Civitates a Luitprandina relatione recenſitas, non modo tempore Luitprandi Anno ſcilicet 968., ſed longe antea Epiſcopalibus infulis fuiſſe redemitas, Ughellumque cantherino ritu ſomniaſſe, dum gratis incohærentia prolocutus, effutiit illas Eccleſias poſt decimum ſæculum Epiſcopali Sede fuiſſe decoratas, nullo, nec quidem veriſimilitudinis fulcro, ſubnixus.

29. Quamquam hæc generalis probatio tam evidenti claritudine, & convincentibus rationibus conſtabilita ſit ad evincendam, firmamdamque Cathedræ Materanæ antiquitatem, cum inter reliquas jam antiquas, de quibus nec ipſe Ughellus ambigit, fuerit connumerata, & accenſita; nihilo tamen minus cum πάντως particularium documentorum, & rationum Materam in ſpecie concernentium uſquequaque affluat ubertas, ut magis magiſque Ughellana conjectura inſubſiſtens, & vanam demonſtretur operæ pretium arbitramur in propatulo illas promere, ut publici juris factæ Ughelli ſomnia deliriaque increpitent; & prætermiſſis tot Materanæ Sedis Epiſcopis, qui primis Eccleſiæ ſæculis illi Cathedræ inſederunt, Equitio nimirum, qui Concilio Romano de Anno 487. ſub Felice III. interfuit, Felice itidem Matherenſi Epiſcopo, qui ſubſcripſit Concilio Africano habito Anno 484. Opportuno, qui in alio Concilio Romano de Anno 721. Floro Materanenſi Epiſcopo, qui adfuit Concilio Conſtantinopolitano cum Creſcentio Epiſcopo Eccleſiæ Ceren-

renſis Anno 869. Joanne itidem Materano Antiſtite, qui inter alios Regni Neapolitani Præſules, Cajetanum nempe, Fundanum, & Ceretinum ſe ſubſcripſit Concilio Romano XI. celebrato Anno 998. ſub Gregorio V., ut habetur apud Labb. Hiſtor. Concil. & demum Stephano II. Epiſcopo Materanenſi, de quo Lupus Protoſpata celeberrimus Regni Neapolitani Scriptor mentionem facit ſub Annum 1024. Prætermiſſis, inquam, tot Materanis Præſulibus, tum quia noſtri thematis probatio non patitur illis indigere, ut mox demonſtrabimus, tum etiam quia aliqua accidentalis verborum mutatio, quam barbara illa ſæcula inquinatæ dictionis facile in Epiſcopatuum, Civitatumque nominibus intrudebant, occaſionem detrahendi, & more ſolito cavillandi Acherontinis præberet; quamquam ipſi in eadem ſint navi; cum eorum Civitas variis temporibus varia ſortita ſit nomina, & modo Acheruntia, modo Acherontia, modo Acirentila, & modo Cerenſis, & quandoque fœdius appellata ſit, ut apud Labb. Tom. 4. Concil., Paulum Diaconum, & Aloyſium Morerium in ſuo Lexico Hiſtorico verbo Cirenze, obſervatur.

30. Epiſcopii Materani antiquitas probatur in ſpecie primo ex Inſtrumento de anno 1065., in quo Stephanus Epiſcopus Materanus confirmavit Monaſterio S. Michaelis Ordinis S. Benedicti de Monte caveoſo Materanæ Diœceſis donationem Eccleſiæ S. Mariæ ejuſdem Civitatis, conceſſitque eidem Jura Parochialia, & exemptiones a Viſitatione Ordinarii *Regeſt. num.* 8.; quod Inſtrumentum eo majorem meretur fidem, quo abſque hæſitatione pro legali recognitum, habitumque fuit a Rota coram Gyptio in Judicio Petitorii ſuper Extenſione Materanæ Diœceſis, ut fuſius dicemus, ter Annis 1596., & 1597., favore Eccleſiæ Metropolitanæ Materæ deciſi; quippe cum alias, quam ejuſdem In-

Inſtrumenti vigore Patres Caſſinenſes fuerunt ſemper, & ſunt in pacifica Jurium poſſeſſione, ac exemptionum prædictarum *dic. num.* 8. *Regeſt. lit. A.* Ughellus vero idem Inſtrumentum ex diametro obſtare cognoſcens ſuæ opinioni, qua obſtinate nimis inficiatur Materanæ Cathedræ antiquitatem, & Diœceſim, ſuſpectæ fidei damnat *Col.* 13. *lit. C*, gratis tamen, nulloque innixus fundamento. Sic aſſolet: merito igitur inſubſiſtentis Cenſuræ notatur ab accuratiſſimo Ludovico Ant. Murat. *In Rer. Italic. Scriptor.*, & *præcipue in Agnell. Diſſert. libr. Pontif. p.* 1. *pag.* 26. *lit.* E. Ibi — *At ſevere pronunciat Ughellus Tom.* 2. *Ital. Sac. mendacium eſſe aſſerere plures Severos* (loquens de Præſulibus Ravennaten.) *Non aſſeruimus quidem*; *ſed quo argumento ſeveram ſuam Cenſuram firmet vir doctiſſimus non ſatis perſpicimus.*

31. Secundo luculentius evincitur ex alio conſimili vetuſtiſſimo Diplomate Anni 1078. approbationis cujuſdam conceſſionis Tenimenti vulgariter dicti *il Cornù*; *Regeſt. num.* 9., in quo, propter illius vaſtitatem, coeunt oræ tam Montis caveoſi, quam Piſticii, & Bernaldi Terrarum Materanæ Diœceſis, factæ a Benedicto Epiſcopo Materano, regente eo tempore Eccleſiam Acherontinam Epiſcopo Arnaldo; quod Tenimentum dicitur Materanæ Diœceſis. Quæ ambo Inſtrumenta extracta fuerunt ab illo tota Lucania celeberrimo Archivio dictorum Patrum Caſſinenſium Montiſcaveoſi, cui Tabulario ſemper conſtanter adhibita fuit pleniſſima fides in omnibus Tribunalibus *Gloſſa librum in Cap. ad audientiam de præſcript.*, præſertim Regiæ Cameræ Neapolis, etiam contra jura Fiſci; authentica, & non apocrypha cenſenda ſunt, ut gratis perperam autumat Ughellus, eo vel maxime quia Patres ſunt in pacifica poſſeſſione vigore ſupradictorum Jurium, ut probatum eſt præcedenti §.; quæ probatio cum promanet ex antiquiſſima, & immemorabili

poſſeſſione, pleniſſimam aſtruit fidem, *l. is, qui deſtinavit* 25. *in addition. marg. ff. de rei vindicat.*

32. Imo Inſtrumentum Conceſſionis Tenimenti dicti *il Cornù* fulcitur alio conſimili Inſtrumento Anni 1588., quo per Breve Xiſti V. commiſſa deciſione Litis exortæ inter dictos Patres Caſſinenſes Montiſcaveoſi, & Archiepiſcopum Tarentinum, qui in Diœceſi Materana nonnullos redditus habet, ſuper eodem Tenimento *il Cornù*, illud denuo *MATERANÆ DIOECESIS* denuntiatur, relative ad primum Inſtrumentum Conceſſionis Anni 1078., & ulterius in precibus porrectis Exmo D. Proregi Neap. pro *Regio Exequatur*, pariter Tenimentum illud dicitur *MATERANÆ DIOECESIS Regeſt. num.* 10. Clariora, & firmiora documenta ad invicem ſibi manus dantia, quæ & Materanæ Cathedræ vetuſtatem, & illius Diœceſis antiquitatem demonſtrarent promi non poſſent. Inſtrumenta ſiquidem antiqua omnem merentur fidem, & pleniſſime probant ex deductis per Anſaldum *Deciſ.* 14. *num.* 11.

33. His accedit luculenta Acherontinorum confeſſio; ipſi namque pluries faſſi ſunt Materanum Epiſcopatum Acherontino unitum fuiſſe, & utrumque ad Archiepiſcopatus honorem, Dignitatemque evectum ab Alexandro II. Sæculo XI. quando ambæ Sedes Epiſcopales erant, nam Acherontina anno 1051. Suffraganea erat Metropolis Salernitanæ, ut refert Baronius annal. Tom. XI. Aubertus ſiquidem Miræus hiſtoricus Gallicus in lib., cui titulus *Geographia Eccleſiaſtica fol.* 3., & 4. editionis Lugdunenſis, ſcribens, ut aperte fatetur, ad relationem Fremii Aetii Archidiaconi Acherontini, hæc habet: *Matera olim Epiſcopum habuit Acherontino ſuffraganeum, ſed per Alexandrum II. dictus Epiſcopatus cum Archiepiſcopatu Acherontino eſt unitus, quo fit, ut hodie dicatur Archiepiſcopus Acherontinus, & Materanus; ita per literas nos monuit anno* 1616.

1616. *Fremius Aetius Archidiaconus Acherontinus*. Igitur ex Acherontinorum confeſſione Eccleſia Materana erat Epiſcopalis ante Pontificatum Alexandri Secundi, a quo unio facta dicitur ab Acherontinis, utriuſque Eccleſiæ, & earumdem evectio ad Archiepiſcopalem Dignitatem. Quidquid deinde ſubjungitur, quod Epiſcopus Materanus Suffraganeus fuerit Archiepiſcopatus Acherontini, gratis aſſeritur, nam, ut præmiſſimus, conſtat per decem annos ante promotionem Alexandri II., quæ evenit 1061., Eccleſiam Acherontinam fuiſſe Suffraganeam Eccleſiæ Salernitanæ, ut refert Cardinalis Baronius Tomo XI. Annalium ſub Annis 1047., & 1051., quomodo ergo ipſa Suffraganeas Eccleſias habere poterat? Miræo Gallico conſonat alter ejuſdem Nationis Hiſtoricus in hac materia facile princeps, nimirum Philippus Labeus in Tomo primo Conciliorum, ubi refert Alexandrum II. univiſſe Archiepiſcopatum Materanenſem cum Acherontino aſſerens, Acherontino Archiepiſcopo, *Cirenze*, unitum fuiſſe Materanum, *Matera*, jam a tempore Alexandri II. Majora, & clariora teſtimonia dari non poſſent; cum promanent ex Hiſtoricis tam celeberrimis quibus integra debetur fides ad tradita per *Bartol. in leg.* 1. *ff. ſi certum petatur num.* 22. *Afflict. in præludio Conſtitutionum Regn. queſt.* 19. *num.* 17. *Caſſan. in Catal. Gloriæ Mundi p.* 10. *conſ.* 46. *Anſald. deciſ.* 100. *n.* 88. *cum Concordant*.

34. Prænarratis reſpondet, altera Acherontiorum confeſſio ultronee facta ſ.m. Leoni X., a quo expiſcaturi depreſſionem Archiepiſcopatus Materani, ſuppoſuerunt noſtram Eccleſiam ab Alexan. II. in ſuffraganeam fuiſſe conceſſam Archiepiſcopali Acherontinæ, ut legitur in Bulla dicti Pontificis; & quamquam longiſſime a vero abſit, quod Eccleſia Materana eo tempore, & unquam ſuffraganea extiterit Eccleſiæ Acherontinæ, ut mox oſtendimus, juvat nihilominus ad ſtatuta *in cap. Cum*

Veniſſet, & ibi *Gloſſa Probatum de Inſtitution.* quòd ipſimet fateantur noſtram Eccleſiam eo tempore fuiſſe Epiſcopalem,ad redarguendum mendacii eorummet ore Ughellum, qui auſus eſt impavide aſſeverare Col. 12. lit. B., & Col 37. lit D. Materanam Eccleſiam noſtram anno 1203. ex ſimplici Abbatiali Diæceſis Acherontinæ evectam fuiſſe in Archiepiſcopatus honorem, ob utilitatem pauperrimæ Eccleſiæ Acherontinæ.

Techna VI.

Recenſetur Epiſtola Innocentii III novæ unionis ambarum Eccleſiarum, & ſuo genuino reſtituitur ſenſui ex mente plurium Bullarum aliorum Pontificum.

35. Elicit hanc conjecturam Ughellus ex quadam Epiſtola Innocentii III. edita recenſito anno 1203., ſed quam male, patet ex infra dicendis. Etenim prædicta Epiſtola non habetur integra, ſed adeo mutila, abbreviata, & incompleta,ut ſenſum perfectum non faciat. Verba Bullæ ſunt: *Andreæ Archiepiſcopo Acherontino, ejuſque ſucceſſoribus Canonice inſtituendis in perpetuum: Fratres, & Coepiſcopos &c. Ad hæc propter evidentem utilitatem, & neceſſitatem urgentem de communi Fratrum noſtrorum conſilio Cathedralem apud Materam ſic duximus ſtatuendum, ut illa priori Cathedræ uniatur. Uſum quoque pallii &c. Datum Præneſte per manus Joannis 3. Non. Maji anno VI.* Quam obſcure ſonent hujus Bullæ ſenſa legenti liquet. Supponit neceſſitatem, & utilitatem; & reticet cujus Eccleſiæ ſit. Materanam noſtram Eccleſiam appellat Cathedralem; & conticet, an antiqua, vel potius, ut ſomniat Ughellus, noviter evecta ſit. Recenſet unionem, ſed adeo confuſe, ut non modo ignoretur quænam ſit Eccleſia unita, ſed etiam an unio nova ſit, vel potius vetuſta renovata, & quæ alias ad tempus facta fuerat, nunc ſit perpetuata. Commemorat priorem Cathedram, & tacet quænam ſit Materana, an Acherontina. Denique concludit: *Uſum quoque Pallii &c.* ſic abrupte, ut quid importent hæc verba prorſus ignoretur. Hinc eſt quod hanc Bullam, adeo conciſam, ex ejus ſenſu interpretari idem eſſet ac Augiæ ſtabulum repurgare.

36. Nos

36. Nos vero, qui veritatem in rebus præſertim caliginoſis diligenter, & ſtudioſe rimamur, Epiſtolam hanc non ex proprio ejuſdem ſenſu, qui fere nullus eſt, ſed ex vetuſtis documentis explanandam ducimus; ſicuti enim incerta, & dubia per certa, & perſpicua, ita obſcura per aperta, & clara explicari, & aperiri debent. *Argum. Text. in l. qui filiabus 17. ff. de legatis primo Gloſſ. Edicti l. 1. §. Si is, qui ff. de exercitor. actione*.

37. Primo Epiſtola ſupponit neceſſitatem, & utilitatem cauſam dediſſe novæ unioni, etſi non aperiat cujus fuerit, veruntamen Eccleſiæ Acherontinæ cenſenda venit; etenim Bullæ Xyſti IV., & Leonis X. editæ partibus auditis, & contradicentibus habent: *Acherontiam eo redactam, ut Archiepiſcopalis Dignitas in ea vileſceret*; & inferius: *Ex fructibus redditibus, & proventibus Menſæ ipſius Eccleſiæ Materanæ quodammodo ſe ſubſtentat*, & paulo infra: *& a qua*, ideſt a Materana Eccleſia, *Vitæ ſuſcipit nutrimenta*. Cui aſſentitur Leo X. *Dudum felic. rec. Xyſtus Papa IV. &c. provide conſiderans, quod alias Acherontinam, quæ in Clero, populo, facultatibus, & divitiis admodum decreverat, & Materana Eccleſia, quæ Clero, & populo, atque opibus, & rebus humano victui opportunis copioſa &c.*, & inferius: *Materanam Eccleſiam, a qua vitæ nutrimentum ſuſcipiebat grato proſequeretur honore &c. Reg. n. 4. & 5.* Ex quibus deducitur utilitatem, indigentiam, & neceſſitatem fuiſſe Eccleſiæ Acherontinæ, ſic ipſemet Ughellus *Col. 37. lit. C. confitetur*, ibi — *Anno 1203. vel ex Andreæ inſinuatione, vel potius urgente neceſſitate, & utilitate Acherontinæ Eccleſiæ &c. univiſſe &c.*, cum Materana ſemper divina ope, divitiis affluens fuerit, ut præfati Pontifices aſſeverant, & nos concludenter ex Hiſtoricis probavimus ſupra.

Redditur teſtatior duabus Bullis Xyſti IV., & Leonis X. extrema egeſtas Eccleſiæ Acherontinæ, & comprobatur itidem alia Bulla ejuſdem Pontificis Inn. III.

38. Sed jam auribus uſurpamus objectionem, Bullas re-

cenſitas editas fuiſſe Materanis orantibus, ideoque, eis utpote ad eorum preces emanatis, nullam fidem adhibendam. At præterquamquod Epiſtola Innocentii III. renovatæ unionis edita fuit non ad inſtantiam Materanenſium, ſed Andreæ Archiepiſcopi Acherontini, cui fuit directa, qui ſuæ Eccleſiæ neceſſitatem aperuit Pontifici, & novam impetravit unionem in ſui ipſius, & pauperis Eccleſiæ ſuæ ſolatium; Bullæ poſtmodum ſupra relatæ, & præſertim Leonina prodierunt Acherontinis auditis, & acriter ſe opponentibus, & prævia informatione, & relatione duorum S. R. E. Cardinalium, quibus cauſa commiſſa fuit, ut in eadem Bulla Leonis X. luculenter continetur; propterea quæ in ea recenſentur, utpote a præfatis Cardinalibus comprobata, omnem promerentur fidem, omnemque excludunt exceptionem; nihilo tamen minus ad hanc repellendam objectionem, utque nos ingenuos, candidos, & veritati addictos experiantur, in medio afferre non gravamur aliam Epiſtolam ejuſdem Pontificis Innocentii III. editam anno 1199. incipit *Quantum honoris* ab Ughello *Col.* 34. *lit. C.* tranſcriptã, in qua graphice, & egregie adumbrantur neceſſitas, diminutio, & deſolatio Eccleſiæ Acherontinæ ibi -- *Redacta in ſolitudinem, & in diminutionem converſa Reg. num.* 3. Cumque de Anno 1203. perſtaret, prout nunc miſerrime durat, neceſſitas dictæ deſolatę Eccleſię Acherontinæ, perneceſſe fuit illam denuo unire Eccleſię Metropolitanæ Materę, ut ab hujus menſa Archiepiſcopus alimenta, & ipſa decentiam, honoris, & dignitatis deſumerent fulcimentum, prout laudati Pontifices, plenarie de veritate inſtructi, eorum reſpective Bullis prodiderunt.

Concluditur egeſtatem Eccleſiæ Acherōtinæ cauſam dediſſe unioni.

39. Demonſtrata Eccleſię Acherontinę neceſſitate, quæ cauſam dedit perpetuæ unioni, facili negotio ex ſupra deductis demonſtrabimus Cathedram noſtram, quam novam ex dictę Bullæ ſenſu perperam arbitratur Ughellus, anti-

tiquam fuiſſe, tum quia in dicta Epiſtola non recenſetur nova, ſed ſolummodo ſimpliciter enunciatur abrupto ſenſu; tum etiam quia conſtat ex ſubſcriptionibus Materanenſium Epiſcoporum tot Conciliis relatis a Labbe Hiſtor. Conciliorum, ex Relatione Luitprandi ſupradiſcuſſa, ex pluribus Diplomatibus noſtrorum Epiſcoporum, ex reiteratis eorumdemet Acherontinorum confeſſionibus, & ex Hiſtoricorum teſtimoniis ſupracitatis, noſtram Cathedram antiquiſſimam fuiſſe; certe ſynchronam, ne dicam antiquiorem, cum Sede Acherontina.

40. Recenſetur deinde unio ambarum Eccleſiarum, ſed quænam ſit Eccleſia unita, & qualis ſpecies fuerit unionis, ex ipſis Epiſtolæ verbis non innoteſcit; qua de re recurrendum omnino ad alias Pontificum Bullas, in quibus de hujuſmodi unione habetur mentio. Xiſtus IV. ſermonem faciens de hujuſmodi Eccleſiarum unione, eam æque principalem decernit his verbis: *Dictaque Eccleſia Materanen. &c. eidem Acheruntinen. conjuncta, SIBIQUE ANNEXA, ET E CONTRA, SEU INVICEM AMBÆ &c. impoſterum unitæ fuerunt &c.* Cui Bullæ Xiſtinæ conſonat Bulla Leonis X. ibi: *Quod alias Acheruntinen. &c., & Materanen. Eccleſia, quæ &c. INVICEM, UT ALTERA ALTERI IN HONORE, & decenti earum Præſulis ſtatu mutuo eſſent ſubſidio, Apoſtolica auctoritate perpetuo unitæ fuerant.* Idem etiam indicavit Rota cor. Gyptio in dec. 1. favore Materanenſium edita die Lunæ 29. Aprilis 1596. data *Reg. num.* 11., quæ ſub finem habet: *Neque per dictum unionem Eccleſia Materaten. aliquid de ſuis juribus amiſit, quoniam ex his, quæ deducuntur viſum fuit DD. iſtas Eccleſias fuiſſe ad invicem ÆQUE PRINCIPALITER unitas, quo fit, ut quælibet ipſarum cenſeatur remanſiſſe in ſuo ſtatu, & honore.*

Unio fuit æque principalis.

re. Idcirco *Card. de Luc. de Canon. diſc. 26. num. 12.* ſcribens pro Acherontinis aſſeverat, quod hæc unio ſemper pro conſtanti habita fuit *ÆQUE PRINCIPALIS*; nec tunc primum peracta, ſed longe antea, prout ipſimet Acherontini pluries faſſi ſunt, ut ſupra animadvertimus, nimirum tempore Alexandri II. ſæculo XI., quando ambæ Eccleſiæ Epiſcopales erant, ut parum ſuperius pandimus, nam ex teſtimonio Card. Baronii, ut in §. 35. diximus, patet Anno 1051. Eccleſiam Acherontinam fuiſſe de Provincia Salernitana, illiuſque Eccleſiæ Suffraganeam, & deinde tempore dicti Alexandri II., nempe decennio poſt, una cum Eccleſia Materana fuiſſe ambas in Metropolitanas evectas, ut ex ſupracitatis Hiſtoricis Auberto Miræo, & Philippo Labbeo, & ex eorumdemmet Acherontinorum confeſſionibus liquet luculenter; ſicque cum in dicta Epiſtola non exprimatur quænam ſit prior Cathedra, harum Eccleſiarum prioritas ſub incertidudinis latebris abdita remanet.

41. Demum potiſſimum emergit argumentum vetuſtatis noſtri Epiſcopii Materani ex cauſa unionis, quæ in Bulla Innocentiana perhibetur neceſſitas Eccleſiæ Acherontinæ, opibus Materanæ prædivitis ſublevatæ; etenim ſi Acherontina a Materana Menſa opes recepit, & Archiepiſcopus alimenta, ut Xiſtus IV., & Leo X. in eorum reſpective Bullis faſſi ſunt; dicendum omnino venit, quod ante unionem duæ Menſæ erant æque Epiſcopales, & diſtinctæ, alias ſi Materana, ut ſupponit Ughellus, fuiſſet de ditione Acherontina, non remanſiſſent in honore pares, prout revera remanſerunt, & Menſæ Materanæ bona jam Acherontinæ aggregata, & opus non fuiſſet unione, quæ fere nullum juvamen attuliſſet ejuſdem Acherontinæ deſcriptis neceſſitatibus; atqui tot Summi Pontifices pro certo habent Acherontinam Eccleſiam ſubſtineri opibus Materanæ, propterea omni-

nino fatendum, quod noſtra Eccleſia numquam fuerit Acherontinæ ſubjecta, & propriis ſuffulta divitiis propriam Epiſcopalem Dignitatem tutata fuerit, prout etiam decus Eccleſiæ Acherontinæ, qnod vileſcebat in illa deſolata, ac egena Civitate.

42. Ex narratis igitur pateſcit Ughellum longe a vero aberraſſe, dum conatus eſt ex diſcuſſa Epiſtola Innocentiana deducere novitatem Eccleſię Materanę; imo de ejus errore ipſemet ambigere videtur, cum cernens ſuam violentam interpretationem verbis Bullę non congruere, *Col.* 37. *lit. D*, hæc habuit: *Ex hoc Diplomate*, loquitur de citata Epiſtola Innocentiana, *arguuntur*, *qui Materanam Eccleſiam jam diu Epiſcopalem Sedem in Metropolitanam erectam exiſtimarunt*, *deluſi*, *NI ME DELVDO*. Veretur namque ne ſua incaſſum rueret interpretatio, prout vere concidit, propterea huic arbitrarię interpretationi ſubſtruere eſt conatus novum fundamentum innixum cuidam Chartulario, quod *Col.* 38. *lit.* A. legiſſe dicit; at quia de illo nullam affert diſtinctionem, dubium ingerit, quod enunciare voluerit quendam librum, quem uti veterrimum illius Eccleſię venditant Acherontini; ſed valde infirmum eſt hujuſmodi Ughelli fundamentum: liber enim, cui fidem ſtruere cum Acherontinis nititur Ughellus, nec libri quidem nomen meretur, nam pręterquamquod noviſſima continet, quæ ab Acherontinis uti vetuſtiſsima divenduntur, in eo itidem commemorantur Civitas Ferandina, antiquitus Oggianum appellata, Terra Bernaldum, olim vocata Camarda, cum hujuſmodi Oppida fere ſęculo proxime elapſo antiquam retinuerint denominationem, quid clarius ad omnem illi adimendam fidem? Deinde ſi præfatus liber fuiſſet veterrimus, eſſet charactere Langobardo, & eorum temporum exaratus, non vero noſtræ ætatis, unde recte elicitur argumentum, quod

Oſtenditur novitas, & falſitas Libri Acherontinorũ, ex quo plura mendacia egerere niſi ſunt.

ab ipſiſmet Acherontinis confectus nuperrime in calore litis fuerit, quæ a duobus fere ſæculis exordium nacta eſt; ſicque ad libitum conſtructus, neſcimus, quam mereatur fidem. Sed ſit, ut volunt Acherontini, vetuſtiſsimus liber recenſitus, & milleſimo ipſo veterior, nec propterea fidem merebitur, nam eſt adeo informis, & legalibus requiſitis denudatus, ut lituræ decuſſatæ, ſcripturæ expunctæ, & novæ proprio marte deſuper exaratę, varia atramenta, diverſi characteres illum falſitatis arguant, *Capit. inter delectos* §. *ſed contra de teſtibus cogendis*; nec conſtat a quonam, quo tempore, & de cujus mandato confectus ſit; & demum falſa veris in illo ita commixta, & implicata ſunt, ut ſeriem nullam, nullum penitus ordinem ſervet. Sed ut ejuſdem libri legalitas, & quæ ipſi danda fides clarius innoteſcat, ſequens adnectimus factum: ter Annis 1596., & 1597. in Sacra Rota coram bo. me. Gyptio, ut fuſius dicemus, diſcuſſa cauſa Petitorii ſuper pertinentia decem Locorum, vulgo Diœceſis inferioris, ter itidem Loca prędicta de Diœceſi Materana deciſa fuerunt, prout liquido conſtat ex tribus Deciſionibus, quarum duæ impreſſę habentur *Vol. 3. libr. 3. Mantiſs. ad ornat. Card. de Luc. Dec.* 11., *&* 12., *& tertia in parte 4. diverſ. Dec.* 797. Quibus fracti Acherontini, exagitatique, occaſionem promotionis ad S. Purpuram laudati b. m. Gyptii arripuerunt, ſiſique in prędanea quadam poſſeſsione, quam de Anno 1585. cœpuerunt ſuper dictis locis, feſtinanter coram b. m. Millino in locum ejuſdem Gyptii ſuffecto ad judicium poſſeſſorium convolantes, ipſis tantum informantibus, ſub Annum 1600. obtinuerunt in contumaciam favorabilem deciſionem, quæ inter Millini impreſſas eſt la 204., indeque mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione juriſdictionem exercendi in prædictis locis. Nec unicum ſaltem verbum trium prędictarum Deciſionum Gyptii, ſeu Petitorii fecit

ci-

citata deciſio Millini, ut ex ipſa liquido apparet. At, ut laudatarum trium Gyptii deciſionum vis abſorta ab enunciata 204. coram Millino, judiciumque Petitorium cum poſſeſſorio permixte in illis deciſum cenſeri poſſit, callide inveſtigantes Acherontini, modum en quomodo fucarunt: In pręcitato libro jam dictam tertiam deciſionem, favore Materanæ Eccleſiæ a Gyptio editam, tranſcribentes, eidem in fine proprio marte hæc verba adjunxerunt: *Et ſic fuit deciſum, quia per Acherontinos non fuit probata poſſeſſio*. Ideoque nuperrime inſtaurato a Materanis coram R. P. D. Peralta judicio Petitorii ad dubium: *An, & de cujus bono jure conſtet*, jam ab Anno, & ultra coram Eminentiſſimo Aldrovando tum S. Rotæ Decano, & Cauſæ Ponente concordatum, addi pertinaciter inſteterunt alterum: *An ſit ſtandum, vel recedendum ab ultimo loco deciſis coram Gyptio*, ideſt, in prædicta tertia deciſione, cui dicta verba addiderunt; quæ tamen penitus non leguntur in ipſa deciſione 797. ex collectis a Farinacio impreſſa *par.* 4. *diverſ. fol.* 444. quippe hæc cum duabus præcitatis apud Mantiſs. *Volum.* 3. *libr.* 3. *dec.* 11. & 12.. tantum de ſimplici, & puro loquitur Petitorio, ſicut eadem coram Millino nudum, & ſimplex Poſſeſſorium decernit, ut per ſe patet. *Regeſt. num.* 11. & *lit. A. B.*

43. Commentitia noſcitur Bulla Alexandro II. tributa, quam Ughellus ex Archivio Acherontino tranſcriptam refert, *Col.* 25. *lit. C.*, quia, & ſi in ea quinque Civitates uti Suffraganeæ dicantur de Provincia Acherontina, recenſentur tamen, & enumerantur octo ibi: *Cum Civitatibus quinque, videlicet Venuſio, Monte Milone, Potenza, Tulba, Tricarico, Montepeloſo, Gravina, Matera, Oblano, Turri Turſico, Laſinimo, S. Quirico, Verolo, cum Caſtellis, & Villis ſuis, Monaſteriis, & Plebibus tam Græcis, quam Latinis, Montem Urrani &c. quoque concedimus*. Ex lo-

Techna VII.

Demonſtratur cōmentitia Bulla, quā Alexandro II. tribuunt Acherontini.

locis ſupradeſcriptis Civitates ſunt : *Venuſium* , *Potentia* , *Tricaricum* , *Monſpeluſius* , *Gravina* , *Matera* , *Turris Turſicus* , *&* *Monſmaranus* , quæ omnes , octo cum ſint , Acherontinæ Metropoli pro quinque addicuntur . Deinde , quod exploratum eſt , Monſmaranus ſemper fuit , prout nunc eſt de Provincia Beneventana , non niſi ab ipſa Metropolitana milliario diſſita , prout idem fatetur Ughell. *Tom.* 8. *ſuæ Ital. Sac.* , loquendo de Eccleſia Montis Marani , & nunquam de Provincia Acherontina, a qua longiſſime abeſt . Et ſi pro Monte Marano Montem Murranum ſubſtituere lubet , nec inde veritati innixa erit Bulla , cum nunquam Mons Murranus fuerit de Diœceſi Acherontina , & multo minus Mons Milonus , Oblanus , Laſinianus , & Verolus , quæ Loca nec modo ſunt , nec unquam fuerunt de ditione Achecherontinæ Eccleſiæ , imo ſita ſunt in locis longe remotis , & ad alias ſpectarunt , prout modo ſpectant Diœceſes .

44. Deinde animadverſione dignum eſt , quod cum enumerentur Civitates Suffraganeæ inter eas connumerantur Oppida ; quippe nunquam in Bullis , quæ pro Jure Metropolitico Archiepiſcopis conceduntur , recenſere ſolitum fuit Oppida Diœceſis Suffraganeorum , ſed tantum eorum Civitates Cathedrales . Et inſuper ratione dignitatis , quæ primæ numerantur debent cenſeri Civitates , & inferius deſcribi Oppida ; imo ipſa littera expreſſe dicit , quod primo loco exaratæ ſint Civitates ibi : *Cum quinque Civitatibus* , *videlicet Venuſio* , *Monte Milone* , *Potenza* , *Tulba* , *Tricarico* . Et tamen ex primo recitatis duæ ſunt , & ſemper fuerunt Terræ , ſcilicet Tulba de Diœceſi Acherontina , & Mons-Milonus , quæ nec ad illam ſpectat , nec unquam ſpectavit . Quæ poſtmodum ſubſequuntur , & ratione ordinis Oppida cenſeri debent , tempore Alexandri II. Civitates erant Epiſcopales , ut de Gravina , Matera , & Turri Turſico , Monte Marano

ex-

extra controverſiam eſt. Et quamquam ad Turſicum translata Inſignia Epiſcopalia dicantur tempore Pauli III., nihilominus ipſemet Ughellus *Col. 71. ejuſdem Tom. 7. Ital. Sac.* tranſcribit quoddam Diploma Anni 177., in quo quidam Simeon Epiſcopus ſe ſubſcribit: *Simeon Dei Gratia Turſitanæ Eccleſiæ Epiſcopus interfui*; Unde arguitur, quod eo tempore, & antea Turſicum Epiſcopum habebat, ut apparet ſimiliter ex Luitprandina recenſita relatione; ex quibus omnibus deducitur falſitas dictæ Bullæ Alexandrinæ, quia Diplomata, Inſtrumenta, & generaliter quælibet Scriptura, quæ minus vera continet, vel inveriſimilia de falſitate ſuſpecta cenſeri debet *Card. de Luca de Judiciis diſc. 26. num. 2. De Feudis diſc. 133. num. 9. & 17. De Donationibus diſcur. 4. ex num. 11.*, eo magis, quia dicitur deprompta ex Tabulario, ſeu Archivio Acherontino, quod nunquam extitiſſe teſtati ſunt quidam Sacerdotes Acherontini, prout habetur in Summario Poſitionum S. Congregationis Epiſcoporum in Cauſa de Annis 1706. & 1707. inter bo: me: Archiepiſcopum Brancacium, & Acherontinos, meritoque rejicienda venit, cum nec ex ſe habeat, nec aliunde mutuari valeat auctoritatem.

Turſicen Epiſcopatus antiquitas.

45. Tranſcribit Ughellus *Col. 36. lit. A* quoddam Diploma præcitati Pontificis Innocentii III. editum anno 1201. in quo recenſentur Epiſcopi Suffraganei communis Provinciæ; & quia reticetur Eccleſia noſtra, Ughellus arripit occaſionem cavillandi, Materam tunc Epiſcopo caruiſſe, nec eo tempore in Cathedralem erectam fuiſſe; ſic hic Auctor omnes veſtigat, & perſcrutatur ſemitas, ut noſtram peſſundet Cathedram; at fruſtra, nam cum dicta aſſerta Epiſtola ſubticeat noſtram Eccleſiam, recta arguendi methodo nihil aliud inferri poſſet, quam vel nunquam, vel ſaltem eo tempore Eccleſiæ Acherontinæ Suffraganeam non fuiſſe, quod nos libentius ad-

Techna VIII.

Declaratur Bul. Inn. III. qua confirmantur jura Metropolitica Eccleſiæ Acheront.

Digitized by Google

mittimus, non vero inde expolianda erit Epiſcopali Infula, quin potius dicendum vel quod fuerit Metropolis, vel ſi Epiſcopalis, alteri Metropolitæ ſubjecta.

46. Et re ſane vera juremerito Innocentius III. enumerando Suffraganeos Acherontinos, ab Epiſcopo Materano ſe abſtinuit, ut fecerant jamdiu Paſchalis II., & Eugenius III. in ſuis reſpective Bullis,nam ut ſuperius probavimus ſub §.33. ex Acherontinorum replicatis confeſſionibus, & ex teſtimoniis Auberti Miræi, & Philippi Labbè Hiſtoricorum in hac materia facile Principum, Materana noſtra Metropolis jam uſque a tempore Alexandri II., qui univerſam occepit moderari Eccleſiam, fere ſub medium XI. Sæculi, anno ſcilicet 1061. juncta fuerat cum Acherontina Eccleſia, quæ ut pluries diximus, decennio antea Suffraganea fuerat Eccleſiæ Salernitanæ, idcirco, utpote Metropolitana, connumerari non debuit recenſita Materanen inter Suffraganeas. Cæterum Epiſcopatui Oſtienſi unitus eſt Epiſcopatus Velletranus, ſicuti Sabinenſi Epiſcopatus S. Rufinæ, & cæteris alii, quos longum ſane eſſet ſingillatim recenſere; attamen ex conſueto Curiæ Romanæ ſtylo, Velletranus, & S Rufinæ in omnibus tum Datariæ, quam cujusvis alterius, ſive gratioſi, ſive juſtitiæ hujus Almæ Urbis Tribunalium expeditionibus cujuſcumque generis, deliteſcunt, & ſolummodo commemorantur Epiſcopatus Sabinenſis, & Oſtienſis; an propterea ex hujuſmodi apoſiopeſi, reticentia, læduntur eorum jura? Quippe in Epiſcopatibus unitis habetur regula generalis ad tuenda, atque ſervanda Eccleſiarum unitarum jura, quod unus titulus alterum includat, & quoties de una Eccleſia fit mentio toties de altera facta cenſeatur, itaut in alterutra utraque contineatur; imo hoc uti lex peculiaris ſancitum fuit pro utriſque Materana, & Acherontina Eccleſiis ſub die 7. Septembris 1471. a bon. mem. Xyſto IV., qui occaſione reticen-

tiæ

tiæ noſtræ Metropolis in Bullis promotionis Archiepiſcopi Henrici Lunguardi, ad inſtantiam noſtri Cleri, & Populi prænarratam legem per ſpeciale Breve promulgavit.

47. Quinimo idem Pontifex Xyſtus IV. edoctus tam de felici, atque proſpero ſtatu, & divitiis, quibus affluebat noſtra ditiſſima Civitas, quæ ſuis opibus Eccleſiam Acherontinam, ob inopiam ferme ſupprimendam, fortunaverat, quam de infelici, indiga, pauperrima, & pene deleta Acherontia; dignum, & rationi conſonum, atque Materanæ Metropoli omni jure debitum cenſuit ſanciendum, definiendumque, ut ſi quæ Acherontina Eccleſia, ex temporis forſan diuturnitate, Privilegia nacta fuerit, ea perinde, ac ſi in ſpecie Materanæ Eccleſiæ conceſſa, & tributa fuiſſent, communicata cenſeantur; itaut impoſterum omnibus prerogativis, juribus, & honoribus Eccleſia noſtra frui, & gaudere plenarie poſſet, ut ex cit. Bulla data *Reg. num.* 4.

48. Non prætermittit Ughellus ſpeculationes, cum ſe offert occaſio, ut perdat noſtram inclytam Metropolim. Arguit ex Epiſtola decretali ejuſdem Pontificis Innocentii III. quam traſcribit *Col.* 35. *lit.* C. ſubjectionem Eccleſiæ noſtræ, & pertinentiam ad Menſam Acherontinam, ex eo, quod ibi dicitur, quod Eccleſia S. Petri de Matera pertinuerit ad Menſam Acherontinam. Verba enunciatæ Bullæ ſunt: *Acheruntino Archiepiſcopo &c. Ad audientiam Apoſtolatus noſtri pervenit, quod cum Eccleſia S. Petri de Matera, quæ ad Menſam dignoſcitur Acherontinæ Eccleſiæ pertinere, a bo: me. R. & P. Acherontinæ Eccleſiæ Archiepiſcopis fuiſſet quibuſdam minus licite infeudatam, fel. rec. P. ejuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus, ad Ven. Fr. noſtrum Potentinum Epiſcopum ſuper hoc commiſſionis literas a Sede Apoſtolica impetravit, qui Eccleſiam ipſam Menſæ Acherontinæ reſtitui ſententialiter judicavit. Nos vero &c.* Ex quibus verbis attente per-

Techna IX. Detegitur futilis interpretatio quam Bullæ Innocentii III. aptare molitur Ughellus circa Eccleſiam S. Petri de Matera.

perpenſis, & ex ſenſu Ughellano in lęvam partem etiam detortis, nihil aliud inferri poſſet, quam pertinentia Eccleſiæ S. Petri de Matera ad Menſam Acherontinam; quænam autem ſit Eccleſia S. Petri cum Epiſtola reticeat, nullus deſignare valet. Procul dubio ſi hæc Eccleſia eſt ſita intra Civitatem, vel diſtrictum noſtræ Civitatis Materæ, Eccleſia Cathedralis, & Metropolitana non eſt, quippe ea a ſua immemorabili origine denominata, & in ſuo exordio erecta fuit ſub titulo SS. Virginis Mariæ de Viſitatione, vulgo de Bruna, & S. Euſtachii Martyris Civitatis Patroni; cujus tamen denominationem, ob quamplura Templa eidem B. Virgini dicata, nempe S. Mariæ de Turrimbono, de Armenis, de Accon, de Piciano, de Valle, aliiſque ſub invocationibus ejuſdem, ſemper retinuit uſque ad novi amplioris Epiſcopii ſolemnem Conſecrationem. Præ cæteris etiam lapideis monumentis, quæ in Civitate, & veteri S. Euſtachii Eccleſia, viſuntur, expreſſa ejuſdem mentio habetur *in Regeſt. Caroli I. Regis Neapol. faſc. ſign. num.* 86. *fol.* 245. *ſub annum* 1268. ibi: *Carolus &c. Ex parte Venerabilis Acherontini, & Matherani Archiepiſcopi fidelis noſtri fuit nobis humilter ſupplicatum, ut cum ipſe quaſdam Terras ſitas in territorio Milionici ad Cathedralem Eccleſiam S. Euſtaſii de Matera ſpectantes &c. Rainaldo Caſtilio &c. ſub annuo cenſu &c.* Novum Templum Anno 1270. conſtructum fuiſſe legitur in quodam marmore ejuſdem; ibi: *Mille ducentenus erat annus ſeptuagenus, dum fuit completa domus ſpettamine læta*; ſolemnique Ritu conſecratum ex alio patet marmore; ibi: *D. O. M. Urbano VIII. Pontif., Philippo IV. Regn. Fabritius Antinorus Archiepiſcopus Materanus, & Acheruntinus Reg Conſ. Templum hoc Anno M. CC. LXX. conditum, Gregi ſuo vigilans Deiparæ Mariæ Brunæ Metropolitanæ Eccleſiæ Titulari, ac Sancto Martyri Euſtachio Civitati Patrono, opus egregium conſecra-*

cravit 9. Kal. Nov. M.DC.XXVII. Patet ergo,quod nunquam S. Petri noſtra Cathedralis titulum habuit, ſed quamvis primitus S.Euſtachii, ſemper tamen,ut nunc eſpreſſe, B. M.V. de Bruna; cujus extat in eadem Metropolitana nobile Altare marmoreum variegatum, & omnibus numeris, cum Lacunari aureo affabre elaborato, abſolutum. Sacra antiquiſſima Imago in pariete depicta, nuper noſtris temporibus deſecta, & in loco venuſtiori collocata, luculenter oſtendit Eccleſiam noſtram Metropolitanam a ſuis primordiis huic SS. Virgini Θεοτόκῳ ſacram, dicatamque fuiſſe.

49. Hoc in facto ſuppoſito ruit tota machina Ughellana, nam cum ex recitata Epiſtola Innocentii non probetur Materanam Cathedralem ad Acherontinam Menſam ſpectaſſe, ſed ex hujuſmodi reticentia inferatur immunitas, & exemptio a cujuſvis alterius Eccleſiæ juriſdictione; inde ſequitur, quod eo tempore ex ſe ſubſiſtens, ſui ipſius domina, ſuæ dominabitur Diœceſi, eoque fortius, quia, ut præmiſimus, tunc jam Metropolitica emicabat dignitate. At eſto, quod dicta Eccleſia S. Petri ſita, & poſita fuerit vel Materæ, vel in ejus diſtrictu, quod tamen conſtanter negamus; nam evenire poterat,quod alia Eccleſia alibi ſita hujuſmodi denominationem habuerit, ut quotidie de Eccleſiis SS. Virginis Conſtantinopolitanæ, & Lauretanæ, aliiſve aliorum Sanctorum ubicumque ſitis, ſervantur denominationes; eſto inquam, quod dicta Eccleſia Materæ extiterit, poterit forſan Ughellus deducere ex particulari, & forſan rurali Eccleſia ſubjectionem noſtræ Metropolis? Neutiquam. Sane Romæ extant tot Eccleſiæ Nationales ſub Regum immediata protectione; an propterea jus S. Sedis irretitum remanet, & inde primæ Sedis ſubjectio deduci queat?

50. Et profecto, quod dicta Eccleſia, noſtra Cathedralis non fuerit, ſed potius aliqua Ædicula ruralis, & in

aliquo forſan loco abrupto, & ſterili ſita, patet, ex eademmet Epiſtola, ibi etenim recenſetur, quod dicta Eccleſia cum ſuis pertinentiis infeudata ab Archiepiſcopis fuerit minus licite *QUIBUSDAM*; quo ſane modo nunquam concedebantur Eccleſiæ inſignes, multoque minus curam animarum habentes (qualis adminus in ſenſu contrario eſſe debebat Eccleſia Materana, ſi ipſa fuiſſet Eccleſia alias infeudata, de qua loquitur laudata Epiſtola Innocentii) & quæ divitiis affluebant, ut noſtra Metropolis in tam celebri Urbe ſita, quæ, ut ſupra pluribus præclarium Scriptorum auctoritatibus ad oculum uſque probavimus, ſucceſſive a ſuo perquam vetuſto ortu ſemper divitiis, Populo, ubertate abundavit, prout ſic idem Innocentius, & Xiſtus IV., ac Leo X. plane eam commemorant; ſed illæ Eccleſiæ in emphitheuſim tradebantur, quarum bona niſi concederentur ad meliorandum pro tenui Canone inculta, & derelicta ob illorum infœcunditatem remanerent, *Gloſſa 1. in Rubric. in addit. margin. ff. de action. empti. Gloſſa propriam in §. adeo autem Inſt. de Locat. & Conduct.*, cujus generis nulla Materæ extat Eccleſia, omnes ſiquidem pietate illius prędivitis Populi locupletiſſimæ, & ditiſſimæ a primis retroſæculis ſunt, paſcentes ubertim innumeros Sacri Cœtus, & Altaris Miniſtros. Cum igitur hujuſmodi infeudatio nulli congruat Materanæ Civitatis Eccleſiæ, concludendum omnino, quod illa Eccleſia, de qua loquitur Epiſtola Innocentiana alibi ſita fuerit, & denominationem S. Petri de Matera ex aliquo caſuali accidenti deſumpſerit, ut ſupra exempla prompſimus; eo magis quia, cum ex ipſius Epiſtolæ verbis liqueat judicium per Epiſcopum Potentinum Apoſtolicum Commiſſarium ſentialiter abſolutum fuiſſe, reſtitutionemque prętenſæ infeudatæ Eccleſiæ ipſi Acherontinæ ſecutam; ſi illa Eccleſia, aliter infeudata, fuiſſet noſtra Metropolis, jam ipſa Menſæ Acherontinæ adjudica-

ca-

cata, ſub, & de ejus ditione remanſiſſet; & ſic fruſtraneum omnino extitiſſet, ut diximus, unionis remedium iterato ſecutæ, ob inopiam Acherontinæ Eccleſiæ, cum Materana jam, ut volunt, ad ipſam Acherontinam ſententialiter adjudicata; totque Summorum Pontificum Innocentii III., Eugenii IV. Xiſti itidem IV., & Leonis X. Bullas, Archiepiſcoporum petitionibus, partibus non ſemel auditis, præviiſque S. R. E. Cardinalium informationibus editas, penitus veritati contrarias dicere, ipſique evidentiæ contraire audendum eſſet.

Techna X.

Panditur falſitas Inſtrumenti donationis cujuſdam Raulis alias Rodulphi Machabæi, quæ firmata perhibetur ab Arnoldo Archiepiſcopo jam qua trienno antea vita functo.

51. Recenſet Ughellus, *Col.* 28. *citat. Tom.* 7. *lit. B.* quendam Raulum (quem alio nomine Rodulphum vocant) Machabæum, Anno 1105. dono dediſſe Abbati Monaſterii S. Mariæ de Piſticio, tam pro Menſa ipſius Abbatis, quam pro Menſa Monachorum Eccleſiæ S. Andreæ de Pomarico, Eccleſiam S. Nicolai de Equo, cum conſenſu *Arnoldi Venerabilis Sedis Acherontinæ Archiepiſcopi*. Hæc donatio, cui innititur Ughellus Acherontinorum cauſam agens, commentitia, & falſa chronologica ſupputatione demonſtratur. Chronicum Lupi Protoſpatę editionis doctiſſimi Caraccioli, quod omnes Eruditi, utpote ſecundis curis editum, in pretio habent, narrat dictum Arnoldum Archiepiſcopum ſub Annum 1101. diem ſuum obiiſſe extremum hiſce verbis: *Hoc eodem anno* 1101. *obiit Arnoldus Archiepiſcopus Acherontinus*; quid apertius! & tamen excitare Archiepiſcopi Arnoldi animam, jam a quatriennio defuncti, contenditur (ad inſtar Pythoniſſæ Saulis, quæ Samuelem, dæmone informante, in vitam per diras præſtigias revocare nitebatur) ut apocryphum inſtrumentum conſenſu, & auctoritate ſua comprobaret, ad fucum faciendum Materanis. Sed machina hæc, fictili in baſi erecta, corruit vix tacta Veritatis lapillo: & præterquamquod falſitas inſtrumenti patet, ex eo quod ſine ſenſu plura involuit, nihil fere concludens, unde commentum facili negotio detegitur;

deinde ſi Arnoldus jam defunctus fuerat anno 1101.; & anno ſequenti electus Archiepiſcopus Petrus, ut habet idem Chronicum Lupi Protoſpatæ ibi: *Anno* 1102. *indictione* 10. *Menſis Maii electus eſt Petrus Acherontinus Archiepiſcopus*. Quomodo igitur anno 1105., quatriennio poſt, firmavit, & auctoritate ſua roboravit inſtrumentum Rodulphi?

In accuratiſſimi Lupi Protoſpatæ Chronicon detecta calumnia.

52. Non me latet Ughellum *Col.* 24. *lit. B.* notare Chronicum Protoſpatæ alteratione, & ex illius fide, quam ſemper apud Viros Cordatos, præſertim Regni Neapolis, habuit, detrahere. Sed conatus incaſſum ruunt ex confeſſione ipſiuſmet Ughelli. Hic auctor *Col.* 32. *lit. B.* refert: Quod dictus *Petrus Archiepiſcopus Acherontinus Eccleſiæ præfuit annis* 40. (ſunt propria verba Ughelli) *obiitque circa annum* 1142, *&* *Durandus ſucceſſit Petro eodem anno* 1142. Hinc exploratius habetur, quod ex ſenſu ipſiuſmet Ughelli Petrus electus fuit anno 1102.; nam ab Anno obitus 1142. deductis annis 40., quibus illam Eccleſiam rexiſſe firmat Ughellus, remanet anni 1102.: hoc igitur anno fuit electus Petrus, & anno præcedenti vita functus fuerat Arnoldus, ne ſimul cum Petro ſucceſſore gubernaſſe illam Eccleſiam dicatur; ſi ergo jam vita functus, quomodo Anno 1105., quatriennio poſt ratum habuit inſtrumentum Rodulphi? Sed hæc ſunt ſolita Acherontinorum portenta. His ſphalmatibus, & chronologicis erroribus incumbere debebat noſter Hiſtoricus; non vero patulo ore deliria Acherontinorum deglutire, illaque deinde incocta evomere, ſeque facilem, & affectatum nimis, ac ſibi contrarium oſtendere; & non tam facile celebratum redarguere Chronicum, cui tamen, veritate magiſtra, nolens, ipſe aſtipulatur Ughellus recitata ſua confeſſione. At digredi tantiſper liceat: miramur ſane, & admiratio dubium excitat: quare Ughellus in Protoſpatam tam attenta diligentia uſus, tam acri cenſura

ra; tanta laude, & fide cæca Scipionem Henricum complexus ſit? quippe hujus liberculum, cui titulus: *Diſcorſo Apologetico di Scipione Henrico per la Metropoli Acherontina contra il Cavalier Fr. Tomaſo Stigliani — In Lecce appreſſo Pietro Micheli* 1643. de præſtantia Acherontinæ Eccleſiæ futiliter elaboratum, laudat, eidem abſque hæſitatione *Col.* 8. *lit. C.* inhæret Ughellus; de illius autem accuratiſſimo opere ambigit, detrahit *cit. Col.* 24. *lit. B.*, & tamen primi dicta veritate niti ipſe comprobavit Ughellus; alterius a veritate prorſus aliena eſſe agnoſcere noluit. Ipſe enim Henricus in Liberculi §. *penult. pagınul.* 80, cujus fidei ſint ejus deliria, utpote ab Acherontinorum ore percepta, libenter deſcripſit ibi: *Vi ſono oggi tra gli altri il Dottor D. Canio Bilotta, il Dottor Can. D. Scipione Lagala perſone dottiſſime, per informazione de' quali ho ſcritto queſta difeſa della Metropol Acherontina.* Nec, inter pene innumera, curat Ughellus turpem Henrici Anacroniſmum §. 4. pagin. 7. ibi: *E già ſi ſa* (de Eccleſia loquitur Acherontina) *che da Benedetto V. Sommo Pontefice nel* 993. *fu inalzata al titolo d' Arciveſcovato*; ſciebat vero Ughellus Anno 993. Chriſti Domini Vicarium extitiſſe Joannem XV., qui ab Anno 985. uſque ad 995. fere cum dimidio Petri Navem gubernavit; Benedictum autem V. in Petri Sedem ſuffectum Anno 964., Petrum in Cœlum ſecutum fuiſſe poſt ſex Menſes, & dies quinque ſui Pontificatus. Dubii reſponſionem Lectori relinquimus.

Scipionis Henrici pro Acherontia ſcribentis turpis anachoriſmus detegitur.

53. Nullum lapidem immotum relinquit Ughellus, ut peſſundet noſtram Eccleſiam, *Col.* namque 33. *lit. C.* tranſcribit Bullam Alexandri III., in qua firmantur Archiepiſcopo Acherontino Jura in Eccleſias Suffraganeorum, cumque in ea non invenerit connumeratam Materanam, more ſolito cavillatur in noſtram Eccleſiam, & nihilominus, ut probavimus ſupra ſub §. 45., & duobus ſequentibus, non debe- *Techna XI.*

Datur genuinus ſenſus Bullæ Alexandri III. & refellitur Ughellana interpretatio.

 bat

bat inter illas recenſeri, tum ex rationibus ſupra adductis, quas non repetimus, quia, ut ait Plinius *Lib.* 20. *cap.* 9. Crambe recocta faſtidium parit, & nauſeam, juxta proverbium: *Bis crambe mors eſt*; tum etiam quia nunquam Eccleſia Materana extitit Acherontinæ Suffraganea, & præſertim tempore Alexandri III. anno ſcilicet 1159. erat Metropolitana, ut pluries demonſtravimus.

Techna XII.

Referatur, & exploditur nova Ughelli calumnia de Eccleſia S. Petri de Matera.

54. In Calce ejuſdem, *Col.* 33. Ughellus meminit de infeudatione Eccleſiæ S. Petri de Matera, quam nos ſupra commemoravimus, & rationibus ineluctabilibus confutavimus §. 48. *& ſeqq.*; hic animadvertendum ſolummodo operæ pretium ducimus, quod ipſe Ughellus in vita Archiepiſcopi Raynaldi, verba faciens de eadem infeudatione, repetit illam fuiſſe Eccleſiæ S. Petri, prout *Col.* 11. *lit. C.* At in gratiam Acherontinorum, penitus oblitus, quæ paulo antea dixerat, ad augendam vim argumenti eorundem in locum Eccleſiæ S. Petri ſubrogavit Eccleſiam Metropolitanam ſub titulo S. Mariæ, ibi: *Meminit Riccardi Innocentius III. Epiſt. decret. libr.* 2. (ſunt verba Ughelli) *de infeudatione Eccleſiæ S. Mariæ de Matera, quæ ad Menſam Acherontinæ Eccleſiæ pertinebat, quam Riccardus illicite feudaverat.* Ita fabulatur Ughellus, eo tantum firmus conſilio, ut Materanam omnino perdat Cathedram, nam cum Eccleſia infeudata dicatur pertinere ad Menſam Acherontinam, ipſe ad ſubjiciendam noſtram Metropolim illi Menſæ, ſubrogationem recenſitam adinvenit: hujuſmodi affectatione ignoramus an poſſit dari major; & tamen ipſemet Epiſtolam Innocentianam de verbo ad verbum tranſcripſit, & in ea legit Eccleſiam S. Petri, non vero Eccleſiam S. Mariæ, quæ eſt Metropolitana, fuiſſe infeudatam. Hinc deducendum, quod hic Auctor ſolummodo confertim, quæ a Partibus tranſcribenda tradebantur, illudendo potius, quam bono publico conſulen-

Digitized by Google

lendo, poſteritati conſignavit. Merito itaque, pluriesque a ſapientiſſimis Almæ Urbis Tribunalibus rejectus, prout §. 20. oſtendimus, & alias facilitatis redargutus, ut §. 30.

55. Commemorat poſtmodum *Col.* 38. confirmationem Privilegiorum, & Jurium Monaſterii Montis caveoſi peractam ab Andrea Archiepiſcopo Materano, & Acherontino anno 1220, decem, & ſeptem annis poſt ultimam unionem ambarum Metropolum, cujus cum non extet originale, Ughellus illam tranſcripſiſſe fatetur a quodam Chartulario, quod exhibitum ſupponit in Sacra Rota. Hoc autem ſublime Tribunal jurium congeriem ab Acherontinis exhibitam non approbavit, propterea per modum proteſtationis in principio Deciſionis coram Millino, quamquam in contumacia prodierit, ad tuenda jura noſtræ Eccleſię, prçmittenda curavit infraſcripta verba: *Præſuppoſito, quod jura ſint in forma probante*. Quæ prçcautio reſervat noſtræ Eccleſiæ jus contra ea excipiendi, cum Rota illa non probaverit, imo quod de eorum ſaltem legalitate dubitaverit ex præfatis verbis perſpicuum redditur, ut infra dicemus; quamobrem, donec originali luce carebit, nulla hujuſmodi Chartulario informi adhibenda eſt fides, eo vel maxime quia tranſcribitur mutilum, & abbreviationibus oppletum, atque ad eorum ſenſum extortum. Solent enim callidi Acherontini corrigendi publica documenta ſibi arrogare facultatem: exemplum nuperum Anni nimirum 1733. habemus, quo in Cauſa, quam ipſi habent coram R. P. D. Nunez cum Venerabili Cappella S. Mariæ de Bruna, probaturi redditus eorum Menſæ, exhibuerunt in Sac. Rota quandam fidem Proceſſus Conciſtorialis Anni 1733., in qua dilucide exprimebatur annuus Cenſus utriuſque Menſæ Materanæ, & Acherontinæ, ibi: *L'annue rendite della Menſa Arciveſcovile dell' Ace-*

Ex deciſione coram Millino de anno 1600. emergit jus excipiendi contra Acherontinorum jura.

Acerenza unite a quelle di Matera aſcendono &c. & taxabantur conjunctim ad ducatos quatuor mille; Acherontini vero, ut integram ſummam tribuerent ſoli eorum Menſæ, audacter expunxerunt ex dicta fide ly *unite a quelle di Matera*; ſed fraude detecta, in cauſa conciderunt, non pauco ſuffuſi rubore; liquet hoc factum ex Poſitione Cauſæ. Quinimmo Inſtrumentum deſuper enunciatum caret data diei, anni, & loci; qui defectus, utpote eſſentiales important inſanabilem actus nullitatem, idcirco nulla de eo prorſus habenda eſt ratio: *Gloſſa in auth. ut proponat. nomen Imperat. in verb. authore leg.* 1. *C. de Apochis public. libr.* 10. *Conſ. ad Relat. ad Decretal. cap. plerumque* 23. *de reſcript. num.* 2.

Quam male Ughellus ad Diptycas dumtaxat mordicus reſpectet in probanda vetuſtate Eccleſiarum.

56. Interrumpit Ughellus *Col.* 43. *l. B.* ſeriem Archipræſulum ambarum Eccleſiarum per aliquot annos; ignorat ſiquidem, qui poſt Andream noſtram rexerit Eccleſiam, & tamen agit de Archiepiſcopis tertii poſt milleſimum ſæculi. Hic duo opportune animadvertimus; primo deceptionem ejuſdem Ughelli, qui adeo intente ad Diptycas reſpectat, ut, quæ in ipſis non inveniuntur, infecta, & nunquam accidiſſe arbitretur, cum, ut ſçpe diximus, Diptycæ multoties injuria temporum, vel Conſervatorum incuria, aut Cenſorum negligentia, aut non conficiuntur, vel confectæ pereunt; non igitur mordicus eſt adeo illis inhærendum, ut vetuſta Diplomata explodantur, ſed eis, & omnibus legalibus documentis inſimul, cum præſertim exceptionem non patiantur, adhibenda eſt fides. Secundo magna animadverſione dignum eſt, quod cum Ughellus in gratiam Acherontinorum primis Eccleſiæ ſæculis ſeriem Epiſcoporum Acherontinç Eccleſiæ non interruptam cum ſpecifica nominum, anni, & diei promotionis cujuslibet temporis, quo illam rexere, & diei obitus deſcriptione texuerit, deinde fere ſua tempeſtate ignorat Archiepiſcopos, qui illas moderati ſunt. Sane illa in

in antiquiſſimis ſæculis tam exacta diligentia, & hæc in ultimis tam ſupina negligentia redolet, neſcio quid ſuſpicionis, & judicant Ughellum in conflando ſuum Opus traditam a Partibus hiſtoriam, parcendo laboribus, nulla adhibita animi perſpicacia, tranſcripſiſſe. Et re ſane vera, ut bonus Hiſtoricus ſaltem præmittere debebat Diptycas, ex quibus nomina priorum Epiſcoporum decerpſit, vel ſaltem Concilia, quibus ſe illi ſubſcripſerunt, ſed utrumque, ne redarguatur, de induſtria reticet.

Techna XIII.

Refellitur commentũ Bullæ Patris Gentilis ſupputatione Chronologica.

57. Ughellus *Col.* 34. & 44. recenſet quendam Fratrem Gentilem de illuſtri, & vetuſtiſsima Familia Urſinorum Ordinis S. Dominici, uti Adminiſtratorem Eccleſiæ Acherontinæ tranſtuliſſe viſitationem illius Eccleſiæ è Feſto S. Canionis in diem celebritatis Nativitatis B. Mariæ Virginis præſentibus, ut in Diplomate dicitur, approbantibus, & laudantibus omnibus Epiſcopis Suffraganeis, ac Abbatibus inferioribus, qui omnes nominatim recenſentur, ut ex dicto ſuppoſito inſtrumento conflato ſub annum 1302. Bonifacio VIII. Pontifice anno ejus Pontificatus Nono, ab ipſomet Ughello, *d. Col.* 44. *lit. B.* tranſcripto, quamquam mutilo, luculenter apparet, *Regeſt. num.* 12., ſed hoc inſtrumentum eſt commentitium, & apocryphum, quamplurибus ſcatens erroribus. Et prætermiſſo, quod illa Eccleſia Cathedralis Acherontina ſemper ſub invocatione fuerit S. Martyris Canionis, & nunquam B. Mariæ Virginis, ut fingitur in Inſtrumento, in eo itidem ſupponitur, quod in translatione hujuſmodi Viſitationis Eccleſiæ Acherontinæ præſentes fuerint, & conſenſerint quinque noſtri Epiſcopi Suffraganei, & Abbates inferiores ambarum Diœceſum, & nominatim recenſentur omnes; ſubſcribunt vero præfato ſuppoſititio inſtrumento tres dumtaxat ex prædictis quinque Epiſcopis Suffraganeis, qui, ut ſupra dictum eſt, omnes enunciantur præſentes: diſceſ-

ſceſſere forſan alii ante actus conſummationem; imo cum ſubſcriptionibus Epiſcoporum Triacaricen., & Potentini deſideratur etiam ſubſcriptio ipſiuſmet Fratris Gentilis, a quo tanquam ab Adminiſtratore inſtrumentum omnino ſubſignandum erat; qui defectus, & falſæ aſſertivæ aperte innuunt prædictum inſtrumentum nullo numero habendum eſſe.

58. At detegitur apertius ſuprarelati inſtrumenti falſitas, ex errore Chronologico, quem pandendum, & reſerandum ducimus ad demonſtrandum quibus juribus, & documentis utuntur de more Acherontini. In Summario typis tradito ab Acherontinis, de quo infra dicemus, ita legitur: *Datum apud Acherontiam anno* 1302. *Pontificatus Bonifacii Papæ IX. anno ejus* 4. Præſupponitur itaque in dicto inſtrumento, quod annus 1302. fuerit quartus Pontificatus Bonifacii IX.; attamen ex hiſtoria Chronologica Pontificum pateſcit plane, Bonifacium IX. electum fuiſſe anno 1389., octogintaſeptem annis ſcilicet poſt confectum inſtrumentum: falſitas exploratius detegi non poteſt. Nec hujuſmodi error in inſontem Amanuenſem refundi poteſt, acſi pro Bonifacio VIII. inſtruſiſſet Bonifacium IX.; nam etſi eo tempore revera Eccleſiam univerſalem moderabatur Bonifacius VIII. nihilotamenminus annus 1302. erat octavus, & non quartus Pontificatus ejuſdem Bonifacii VIII., qui Apoſtolicam Sedem implevit Anno 1294., quapropter ineluctabilis eſt error, & Acherontini de errore convicti, inter Scyllam ſunt, & Carybdim. Idcirco inſtrumentum prædictum, uti undequaque inſubſiſtens, rejiciendum omnino venit; quod magna animadverſione eſt dignum, cum hujuſmodi farinæ ſint fere omnia alia inſtrumenta ab Acherontinis prompta incorroborationem eorum futilium jurium. Ughellus nihilominus in gratiam Acherontinorum corrigere errorem niſus eſt, ſubrogando in locum Bonifacii IX., prout legitur in di-

cto

ćto Acherontinorum Summario, Bonifacium VIII., & expunxit annum Nonum; & quamvis in aliquibus Menſibus erret, inſtrumentum tamen alias quam notatur ab Ughello in Summario ſignatum, & deſcriptum videtur, ut infra dicemus.

59. *Col.* 46. *lit. D.* reportat Ughellus quoddam reſcriptum Archiepiſcopi Piſcitelli tenoris ſequentis: *Nicolaus &c. Archiepiſcopus Acherontinus &c. Dilectis Clericis, Univerſitati, & Hominibus Terræ Latertiæ noſtræ Acherontinæ diæceſis &c. Nuper pro parte veſtra &c. Qualiter in erectione fabricæ Viros idoneos &c. Procuratores creare &c. Quapropter de fide N. N. Ipſos Procuratores elegiſtis auctoritate noſtra confirmamus. Datum &c.* Hujuſmodi reſcriptum, quo ſuppoſititia Procuratorum electio confirmatur, plures patitur exceptiones; prima eſt quod cum in eo exprimi debuiſſent nomina Procuratorum, qui jam electi perhibentur, ſignantur litteris N. N., quæ nihil ſpecificant, aut deſignant; quapropter hujuſmodi proviſio ex ſe redditur inveriſimilis, & ridicula, atque prorſus commentitia, & ab ipſimet Acherontinis efficta, ac Ughello tranſcribenda tradita. Deinde deſideratur data diei, & menſis, & denique in fine affectate nimis,& contra conſtantiſſimas formulas ſuperadditur: Acherontinæ Diæceſis, ibi: *Datum Millionici Acherontinæ Diæceſis anno* 1408. Vide quot commenta conglobarunt ad ſurripiendum Materanenſibus decem Loca Materanæ Diæceſis! Ejuſdem generis eſt aliud reſcriptum prædicti Archiepiſcopi Nicolai Piſcitelli relati ab Ughello *Col* 47. *lit. A.*, in quo pariter deeſt data diei, & menſis, & Milionici exaratum fingitur, cum ſolita affectatione Diæceſis, tanquam unico ſcopo ab ipſis intento.

Techna XIV. Recluditur duplex commentum Reſcriptorum Nicolai Archiepiſcopi Piſcitelli.

60. Enarrat Ughellus eadem *Col.* 47. Hiſtoriam Archiepiſcopi Manfredi Averſani, ubi multa falſa veris nectit, eructans quæ propinanda tradiderunt Acherontini; fingit di-

Techna XV. Rejicitur Hiſtor. ſup-

poſititia, & apocrypha Archiepiſcopi Manfredi, & recenſetur genuina ex quat. Bullis Eugenii IV. decerpta.

ctum Manfredum, cum adhuc eſſet Epiſcopus Acerranus, miſſum ad Concilium Conſtantienſe obiiſſe legationem pro Joanna Regina Neapolis, cumque Joannes Antonius Urſinus Princeps Tarenti, & Materæ Comes Regi Alphonſo faveret, veritus ne Archiepiſcopus eum, ejuſque Regem in diſcrimen poneret, attentari a Materanis permiſit Idoli erectionem, hoc eſt, Novi Epiſcopi electionem, qui ut ipſe ait, in Terra Materæ, & in quatuor aliis Oppidis, quorum nomina reticentur, jus diceret: Sicque Materani de anno 1439. Patrem Maſium Provincialem Ordinis S. Franciſci in Apulia ſibi in Epiſcopum elegerunt, ut Terram ipſam in Civitatis honorem erigerent; qua rei novitate exterritus Archiepiſcopus Manfredus, hujuſmodi attentata renuntiavit Papæ Eugenio IV., qui ſpeciali Breve directo Epiſcopo Tricaricen., commiſit omnia innovata in præfata Terra Materæ ad priſtinum reduci. Hæc & ſimilia recenſet Ughellus ſubnixus, ut arbitror, enarrata commiſſione Epiſcopi Tricaricenſis ab ipſo tranſcripta *Col.*47. *lit.D.*; ſed quantum a vero aberrat ſequens genuina Hiſtoria quatuor Pontificiis Bullis comprobata affatim oſtendit.

Cauſa ſeparationis Eccleſiæ Materanæ, & diæceſis ab Acherontina.

61. Joannes Antonius Princeps Urſinus ſupra laudatus metuens ne Archiepiſcopus Manfredus, qui Reginæ Joannæ, & Renati Andegavenſis partes tuebatur, contrarias ex diametro Regi Alphonſo, cui ipſe Princeps favebat, ipſum, ejuſque Regem in diſcrimen coniiceret, petiit ab Eugenio IV. tunc Florentiæ degente disjungi Eccleſiam Materanam cum ſua Diæceſi ab Acherontina, & prout efflagitaverat, impetravit ſub annum 1440. expoſtulatam ſeparationem, & diviſionem noſtræ Eccleſiæ, & Diæceſis Materanæ, cujus adminiſtratio commiſſa fuit Petro Epiſcopo Motulano, qui vices Cardinalis Urſini Archiepiſcopi Tarenti abſentis etiam gerebat, ut ſive per ſe, ſive per perſonam ſibi bene viſam, etsi Regularem, modo in aliquo Ordinis gradu conſtituta fuiſſet,

illam

illam regeret, *Regeſt. num.* 13.; Cumque prædictus Epiſcopus Motulanus ſatis ſuæ, & Tarentinæ Ecclesiæ eſſet diſtentus curis, & imparem novo oneri regendæ Materanæ Ecclesiæ, illiuſque Diæcesis ſe cognoviſſet, in vim facultatis ſubdelegandi, ſubrogavit in ſuum locum recenſitum Patrem Madium *Reg. num.* 14., qui habenas illius Ecclesiæ, & Diæcesis regendas ſuſcepit, & per quatriennium continuum ad obitum uſque Archiepiſcopi Manfredi laudabiliter rexit, prout idem Ughellus confitetur *Col.* 50. *lit. D.* Anno deinde 1442., ſcilicet biennio poſt enarratam deputationem, cum laudabiliter ſe geſſiſſet, confirmata fuit ab eodem Papa Eugenio IV. ſpeciali Breve directo Locis Materanæ Diæcesis, Patris Madii ſubrogatio *Reg. num.* 15. P. Madio de Hydrunto datur adminiſtratio Eccleſiæ, & diæceſis Materanæ auct. Apoſt.

62. Evoluto poſtmodum integro quatriennio, & fato functo præcensito Manfredo, atque extincta cum illius vita omni ſuſpicione contra Eum concepta, promotus fuit ab eodem Eugenio IV. ad utramque Ecclesiam, prævia revocatione Adminiſtrationis P. Madii *Reg. num.* 16., Marinus de Paulis Epiſcopus Fundanus, utque hujuſmodi promotionem, & novam Ecclesiarum unionem æqui, bonique conſulerent Materani, & decem Oppida Materanæ Diœceſis, idem Pontifex Eugenius ſpeciali gratia, & peculiari Breve proſequutus eſt Populum noſtrum Materanum, & Oppidorum Materanæ Diœceſis, illum hortando ad prompte, fideliterque obſequendum prælaudato novo Archiepiſcopo *d. num.* 16. *Regeſt. lit. A.* Hæc de Archiepiſcopi Manfredi hiſtoria enarrata eijciuntur ex quatuor Bullis datis *Sum. num.* 13. 15. 16. & *lit. A.* ex quibus plane proſpicitur inſubſiſtentia Ughellanæ narrationis, & detegitur integra fabula Idoli Materæ erecti, adeo ut prolixiori confutatione opus non eſſet.

63. Verum ne thraſonice, ut aſſolent, pergant buccinare Acherontini in veterrimam Civitatem, & Metropo-

ſim Materanam, nonnulla ſubnectenda ducimus ad eos de frequentibus contradictionibus convincendos. Et prætermiſſo, quod Matera a ſuo immemorabili origine ſemper inclyta fuerit, ſemperque celeberrima, non modo Civitatis nomine decora, prout ſatis ſuperque, quamvis currenti calamo, ſupra probavimus a §. 2. uſque ad 11., ſed etiam inſignis, & munitiſſimæ Urbis: talem ſimiliter eam exprimunt inter alios, Leo Card. Oſtien. *in Chron. Caſſinen. lib.* 1. *cap.* 35., & Card. Baron. *Annal. Tom. X. anno* 866., ibi: *Materam interim munitiſſimam illorum*, ideſt Saracenorum *URBEM capiens &c.* nempe Ludovicus Imperator; ac P. Ant: Caracciol. *in Chronoc. Protoſp. anno* 994., ibi: *Matera CIVITAS Apuliæ inſignis &c.* ſemperque magno in pretio habita, & digna ſæculorum memoria; quippe eam & magni Principes, Regiique Geniti, ſub quorum tantum dominio aliquando quievit, & Reges ipſi Neapolis non ſemel habitarunt (proprium incolentes Palatium, quod tandem Anno 1477. vendidit Rex Ferdinandus *Regeſt. num.* 18.) ſic quamplures Regni Scriptores, non pauca eidem Civitati conceſſa Regia Privilegia, Pragmaticæ in ea editæ, aliaque publica Inſtrumenta comprobant; quæ cum publici Juris ſint, & quodammodo ad noſtrum non pertineant inſtitutum, imo brevitatis gratia, non adducimus. In eam itidem Gregorius S. R. E. Cardinalis Galganus Innocentii III. anno 1208., & 1481. Gabriel Cardinalis Ragonus Xyſti IV. legati reſederunt, nec dedignatus fuit Anno 1093. eandem Urbem Materam non parva ſua mora honorare Urbanus II. P. M., prout idem Ughellus, Protoſpata, aliique, necnon, præter coſtantem traditionem, publica documenta teſtantur. Objicimus inquam Acherontinis, Ughelloque, quod iſte, illique pluries falſi ſunt. Illi itaque pro rato exploratoque habuerunt Alexandro II. Pontifice, qui uni-

univerſalis Eccleſiæ regimen auſpicatus fuit ab Anno 1061. Eccleſiam Materanam, quam fruſtra Acherontinæ antea Suffraganeam jactarunt, unitam fuiſſe cum ipſa Acherontina: ſic ſa. me. Leoni X. expoſuerunt, *Regeſt. num.* 5. *&* 17. ſub ſpe, & fiducia expiſcandi derogationem præheminentiarũ Materanæ Metropolis, ejuſque totalem depreſſionem; eandemmet confeſſionem replicàrunt Auberto Miræo, prout fuſius diximus §. 33. Et Ughellus, ſemper ore Acherontinorum loquens, *Col.* 37. poſt tranſcriptam Bullam Innocentianam Anni 1203. novæ unionis, teſtatur ab eo tempore Archipræſulem Acherontinum ſimul & Materanum ſe ſubſcripſiſſe; hocque non tantum Andream, cui ipſa Bulla directa fuit, ſed etiam plures alios Achiepiſcopos agere conſueviſſe. Hanc comprobat tamen veritatem, præter fere infinita Diplomata, & Scripturas, Regeſtum Caroli I. Regis Neapolis; in eo etenim frequenter Archiepiſcopatus Materanus legitur, & præcipue *in Faſc. ſign. num.* 86. *fol.* 245. *anni* 1268. ibi: *Ipſe quaſdam Terras ſitas in territorio Milionici ad Cathedralem Eccleſiam S. Euſtachii de Matera*. Et in altero *Faſc. anni* 1275. *fol.* 20. *a terg.* ibi: *Scriptum eſt eidem &c. de exhibendis decimis Archiepiſcopo Materano Bajulationis &c.*

64. Niſi enim tot præclarium Scriptorum, in hac materia facile Principum, tam apertæ extarent auctoritates, Materam a ſuis perquam vetuſtis primordiis eximiam fuiſſe Urbem evidenter concludentes; utique, quia, ut ſat notum eſt, non Oppidis, & modicis Civitatibus Epiſcopi dabantur, ſaltem ab Anno 1061. tempore Alexandri II., a quo Eccleſia Materana in Suffraganeam Acherontinæ datam volunt Acherontini, & conſequenter Anno 1203. tempore Innocentii III., qui Bullam novæ unionis edidit, & ſucceſſive non modicam Urbem extitiſſe Materam concludenter probarent Ughelli, Acherontinorumque confeſſiones: confeſſionis

nis enim vim habet aſſertum in libello, & ei ſtatur contra proferentem *l. cum precum 9. & ibi Gloſſ. penult. Cod. de liber. cauſ.*, *l. 2. Cod. de inſtitut.*, *& ſubſtitut.*, *Gloſſ. oportet in l. ſiquis* 14. §. *Plerique ff. de religioſ.*, *& Gloſſ. in cap. cum olim de rerum permutat.* Eique quiſque acquieſcere debet, idemque ea operatur ac Inſtrumentum publicum, *l. generaliter etiam Cod. de non numerat. pecun.*, *& Gloſſ. penult. in cap. ſi cautio de fide Inſtrument.*, *l. onus te* 5. *Cod. de tranſact.* Si igitur ab ipſiſmet Acherontinis firmata remanſit Civitatis, & Epiſcopii Materani antiquitas; quomodo inde, mendacii notam non timentes, ſemperque in eodem luto hæſitantes Acherontini, Ughello ſupponere potuerunt Materam Terram eſſe, & de Diœceſi Acherontina, Idoli Materæ erecti ridiculam fabulam effingendo? Proh Deus quot commenta!

Detegitur falſitas ſquã datam fingunt Acherontini Epiſcopo Tricaricenſi pro everſione commentitii Idoli Materę erecti.

65. Detegitur ulterius Acherontinorum calumnia, & falſitas fictæ delegationis ab Ughello tranſcriptæ *Col.* 47. *lit. D.*, quam Epiſcopo Tricaricenſi directam prædicant, ex eo quia ſi re data fuiſſet præſuppoſita Commiſſio, equidem identidem fuiſſet executa; at qui de executione nec minimum exhibetur documentum; igitur commentitia, & apocrypha ab ipſis Acherontinis efficta cenſeri debet, eo vel maxime quia in ea ſupponitur Patrem Madium proprio marte abſque ulla Apoſtolica auctoritate in Idolum fuiſſe a Materanis elatum, cum tamen evidentius conſtet ex quatuor Bullis ejuſdem Pontificis Eugenii, poſterioribus dicta commentitia delegatione, dictum Patrem Madium Apoſtolica auctoritate fuiſſe deputatum ab Epiſcopo Motulano ſub Annum 1440., & biennio poſt ab eodem Pontifice confirmatum anno 1442., quod proculdubio a S. Sede non impetraſſet, ſi ipſe, ut fatentur Acherontini, triennio ante, Anno ſcilicet 1439. (quo tempore fingitur data commiſſio) auſus fuiſſet, nulla ſuffultus auctoritate S. Se-

S. Sedis, adminiſtrationem Eccleſiæ Materanæ arripere, & paſſus eſſet eligi in Epiſcopum; ſed hæc ſunt adeo inveriſimilia, ut ipſemet Ughellus de ipſis hæſitare occepit, nam *Col.* 47. *lit.C.*, & *Col.*48. *lit.B.* hæc habet. *Hæc ſive vera, ſive falſa, cum Eugenius IV. a Manfredo didiciſſet* (ab Archiepiſcopo ſcilicet ira percito). *Tricaricenſi Epiſcopo per literas dedit.*

66. At admittamus, & pro vero exploratoque, per malam hypotheſim, habeamus, quod dictus Archiepiſcopus omnia recenſita, quamquam falſa, Pontifici Eugenio expoſuerit, &, ut ſupponunt, commiſſionem Epiſcopo Tricaricenſi directam ſubripuerit; an propterea hujuſmodi delegatio promeruerit attendi, itaut præſervativa dici poſſit jurium Acherontinorum? Sane cum poſt tria Sæcula executioni demandata non fuerit, nullo numero habenda venit, ſed reputanda, atque cenſenda perinde ac ſi nunquam in lucem prodierit, eo vel maxime quia anno ſequenti, nimirum 1440., idem Pontifex Eugenius de veritate edoctus disjunctionem, & ſeparationem Eccleſiæ Materanæ, & decem Oppidorum Materanæ Diæceſis conceſſit, & adminiſtrationem commiſit Petro Epiſcopo Motulano, qui Patrem Madium in ſuum locum ſubrogavit, ut fuſius ſupra recenſuimus, quique integro quatriennio illam Eccleſiam cum ſua Diæceſi laudabiliter moderatus fuit, prout idem fatetur Ughellus *Col.* 50., proptereaque promeruit biennio poſt ab eodemmet Pontifice magnis laudibus extolli, & ſpeciali Bulla directa Vaſſallis Oppidorum Materanæ Diæceſis, quæ nominatim recenſentur, confirmari. Imo elapſo quatriennio, & defuncto Manfredo, ac ſubrogato Marino de Paulis *Reg. num.* 16., idem Pontifex alia Bulla, populo Civitatis, & Diæceſis Materanæ directa, monuit eumdem, ut promotionem recenſitam æqui, bonique conſulerent *cit n.* 16. *Reg. lit.A.* Hæc omnia Acta denotantia, & ſpecificantia ſeparationem, & disjunctionem Eccleſiæ noſtræ cum ſua Diæ-

ceſi, uti poſteriora ad ſuppoſitam commiſſionem, cum ſilentio trium fere Sæculorum, firmant ſtatum favore noſtræ Metropolis, nam ſi commiſſio exequuta fuiſſet, ſuumque effectum ſortita, utique tot Bullæ laudati Pontificis, ſibi invicem manus dantes, & Diæceſim Materanam firmantes, ſubſequutæ nullatenus fuiſſent; idcirco aut dicendum prædictam commiſſionem tunc non fuiſſe datam, & poſtmodum ſolito Acherontinorum artificio in lucem editam, aut fatendum Archiepiſcopum Manfredum ob ſimultates cum Joanne Antonio Urſino ira percitum, & furore inſtinctum, commiſſionem recenſitam malis artibus a Summo Pontifice expiſcaſſe, & deinde, uti innixam falſis precibus, exequi non curaſſe; de ea hæc habet Rota in noſtra 2. deciſ.cor. Gyptio *Reg. num.* 11 *.lit.A.* ibi: *Bulla Eugenii IV. edita tantum committit cauſam Epiſcopo Tricaricen, ſed quid inde fuerit ſequutum non apparet, quinimmo ex alia ejuſdem Pontificis de anno* 1444. *ſuadetur contrarium &c.*

Tandem Ughell. volens nolens fatetur Materanam Metropolim ſuam habere Diæceſim.

67. *Col.* 50. *lit. B.* Ughellus, qui obſtinate nimis in tota fere Hiſtoria Archiepiſcoporum Materanen., & Acherontinorum denegavit Materano Epiſcopatui Diœceſim, ac illam Eccleſiam modo ſuffraganeam, & modo de Diœceſi Acherontina venditavit; tandem vi veritatis, veluti a ſomno excitatus contradictionum, quibus in toto fere Opere involutus fuit, faſſus plane eſt, nolens volens, Materanam Eccleſiam ſuam habere Diœceſim hiſce ſequentibus verbis: *Interea gratum fuit & ratum Eugenio Pontifici, quod Petrus Motulanus ad bonum Materanen. Eccleſiæ regimen conſtituerat, ſcripſitque Vaſſallis OPPIDORUM, TUNC DITIONIS EJUSDEM ECCLESIÆ, ut dictum Madium Adminiſtratorem venerarentur &c.* Ex quibus duo ſaltem inferuntur: Confeſſio Ughelli Materanam Eccleſiam ſuam diſtinctam habuiſſe Diœceſim; prout tot Bullis Pontificiis firmavimus, firmavitque Rota coram Gyptio tribus conformibus deciſionibus, ut §.42. enun-

enunciavimus, ac fuſius infra dicemus. Porro hæc eſt vis veritatis, ut etiam a nolentibus aſſenſum extorqueat; imo Veritas, una ſemper, & eadem, tandem ipſa ſe prodit. Et magis magiſque ipſius Ughelli nimia facilitas detegitur, contradictio, & affectatio; quippe oblata quæcumque fuerint extempore deglutivit, eructavit incocta, futilibuſque illita fucis poſteritati tradere non timuit. Quid clarius? Ipſe enim, *Col.*48., præ cæteris, *lit. B.* dixerat, ibi: *Cæterum ſive vera &c. viſum tamen eſt Eugenio &c. Materanam Eccleſiam ab Acherontina ex Apoſtolico Beneplacito divellere, eique non proprium Paſtorem, ſed Adminiſtratorem dare, Terras omnes tunc Comitatui obnoxias, Acherontinæ tamen Diœceſis, tranquille, & bene regeret.* Vide affectationem! Poſtea vero Diplomatum Eugenii IV., & Petri Epiſcopi Motulenſis, quæ ipſe tranſcripſit eadem *Col.*48., *& ſequenti* excitatus fulgoribus, veritatis jugo cervicem ſubmiſit, & Materanam confeſſus eſt Diœceſim. Nec aliter poterat, nam ſubſequentibus foliis alias itidem ſubnectit ejuſdem Eugenii IV., Xyſti itidem IV., & Leonis X. quamplures Bullas, in quarum qualibet literis rotundis pluries plurieſque aperte legitur Materanæ Diœceſis;imo ſecunda ejuſdem Eugenii nominatim Locorum, quæ ad Materanam pertinent Eccleſiam, nomina deſcribit; *d. Col* 50.Ughell., *& noſtr. Regeſt. n.* 15. ibi: *Eugenius &c. Dilectis Filiis univerſis Vaſſallis Latertiæ, Genuſii, Pomarici, Montis Caveoſi, Milionici, Grottularum, Oggiani, & Piſticii Terrarum Eccleſiæ Materanen.*. Ipſe enim Ughellus laudatas Bullas, præ cæteris monumentis, manibus contrectavit, legit, tranſcripſit; non itaque tam facile Acherontinis impoſterum credet; ſed ò utinam.

68. En novæ fraudes, quas in noſtram Metropolim ſtruere nituntur Acherontini, quamvis perperam; falſis etenim precibus Summum Pontificem Xyſtum IV. circumveniunt, & ab

Novæ Acherontinor. fraudes, qui

busXyſtum IV. circumveniunt, retunduntur ſpecioſa Bulla ejuſdem Pontif., quæ per partes exacte diſcutitur.

ab eo quandam Bullam expiſcant, ab Ughello *Col.* 54. *lit. B.* tranſcriptam, qua noſtra antiquiſſima Metropolis non amplius Archiepiſcopalis, ſed ſic noviter, & ex abrupto ſimplex Epiſcopalis nominatur; Acherontina dumtaxat in Jure Metropolitico conſervata; ſed fraude facili negotio detecta, Pontifex Xyſtus de inclytæ, celeberrimæque Civitatis Materæ divitiis affluentis ſtatu inſtructus, Oratores Materanos, qui ad eum erudiendum, & exorandum miſſi fuerant, benigne ſuſcepit, & eorum juſtis petitionibus annuens, novam, prioris favore Acherontinorum emanatæ revocatoriam, cudi mandavit Bullam, in qua præmiſſis Civitatis, & Metropolis Materæ prærogativis, & facta ambarum Eccleſiarum pleniſſima privilegiorum, & prerogativarum a quibuſcumque ſive Pontificibus, ſive Regibus conceſſarum communione, tandem decrevit, ut impoſterum, ne in titulis ulla aut ſubjectio, aut præſtantia, ſupereminentiave prætenderetur, Archiepiſcopus Acherontiæ, & in Diœceſi Acherontina degens Acherontinus, & Materanus denominaretur, & in omnibus actis, ſive juſtitiam, ſive gratiam concernentibus ſe ſubſcriberet; Materæ vero, & in Materana commorans Diœceſi Materanus, & Acherontinus, ſemper cum prælatione tituli illius Eccleſiæ, de cujus Diœceſi, & juriſdictione ageretur, ſe denominaret, prout ex Bulla eiuſdem Pontificis Xyſti *dict. Reg. num.* 4., & ab Ughello *Col.* 54. *lit. D.* tranſcripta, luculenter liqueſcit, quam attente, & diligenter legendam, atque obſervandam ſupplicamus; in ea ſiquidem quamplura ſcitu, & animadverſione digna reperientur.

69. Primo recenſet Pontifex in eadem ſecunda Bulla motivum, & cauſam unionis harum Eccleſiarum, illumque aſſeverat fuiſſe paupertatem, & miſeriam extremam Civitatis, & Eccleſiæ Acherontinæ, quam duabus Bullis ſuperius da-

tis

tis mirifice exagerat Innocentius III., qui unionem jamdiu antea factam nova Bulla edita ſub Annum 1203. firmavit perpetuavitque; & opulentiam reſpective Eccleſiæ, & Civitatis Materanæ deſcripſit, quam deinde repetiit idem Xyſtus in eadem Bulla, ubi ait, quod: *Benedicente Altiſſimo Civitas Matcrana* (ſunt verba Bullæ) *populoſa*, *& bonis temporalibus ad hominum victus opportunis referta* erat, & e contra, ut proſequitur in ſenſu idem Pontifex, *Acherontia ad magnam diminutionem redacta Civibus deſtituta*, *a paucis habitabatur* (& habitatur) *perſonis*, *Eccleſia inſuper Miniſtris carens*, *deformi quodammodo ruinæ ſubjacere conſpiciebatur*, *pro quibus detrimentis*, *& incommodis ſublevandis*, *ut facti evidentia indicat*, *ne Archiepiſcopalis dignitas hujuſmodi præmiſſorum occaſione* in tam ærumnoſa Civitate graphice a bo: me: Archiepiſcopo Lanfranchi deſcripta *dict. Regeſt. num* 7., *vileſceret*, facta dicitur prænarrata unio, quæ etsi valde utilis Ecclesiæ Acherontinæ, noſtram inclytam Metropolim tantum non perdidit.

70. Secundo idem Pontifex refert dictam Bullam edidiſſe ad relationem viri doctiſſimi Henrici Lunguardi tunc utriuſque Eccleſiæ Archiepiſcopi, ut illa verba Bullæ non obſcure innuunt: *Prout Ven. Frater noſter Henricus Archiepiſcopus ſe facturum pollicetur*; quod eſt valde animadvertendum; qui Archiepiſcopus, utpote plene inſtructus, veritatem in ſuo ſenſu, & genuino candore Pontifici aperuiſſe omnino credendum, nequiſquam temere audet et viro tam cordato, & nunquam ſatis laudando, factioſi notam inurere, cum potius præſumendum ſit quod communis Pater, & Paſtor eodem animo, parilique amore erga communem Gregem affectus fuerit; quæ præſumptio promanat ex illius inſignibus virtutibus, quas referunt Leander Albertus *in Lib.*, quem edidit *de Viris illuſtribus Ordinis Prædicatorum*, & idem Ughellus *Col.* 54.; ſane hic

 Hen-

Henricus vir fuit eruditiſſimus, qui ob eminentem ſcientiam, doctrinam, atque prudentiam meruit accerſiri à Ferdinando juniore Rege Neapolis, eligi, & in Patris locum haberi, propterea illius relatio, utpote carens omni alterationis, ſeu affectationis ſuſpicione, integram promeretur fidem.

71. Tertio recenſet Pontifex unionem ambarum Eccleſiarum non ſubjectivam, ſed æque principalem cum jurium utriuſque reſervatione in ſtatu priſtino, verba Bullæ clariora eſſe non poſſunt, ibi: *Eccleſia Materana, quæ benedicente Altiſſimo populoſa, & bonis temporalibus &c. referta, dignis quoque, & Venerabilibus Collegiatis, & aliis Eccleſiis, ac etiam Virorum, & Mulierum Monaſteriis pluribus inſignita, eidem Acherontinen. conjuncta, ſibique annexa, & e contra, ſeu invicem ambæ per unum Præſulem regendæ, impoſterum unitæ fuerunt*. Unio itaque fuit facta unius Eccleſiæ alteri & e contra, ut diſerte loquitur Bulla; quæ verba clare nimis preſeferunt unionem æque principalem, cum una alteri, & altera uni unita, annexa, & conjuncta dicatur.

72. Quarto itidem animadverſionem mereri videtur communicatio privilegiorum, tam à S. Sede, quam à Regibus, & Principibus Eccleſiæ Acherontinæ conceſſorum, adeo ampla, ut quæ uni conceſſa fuerunt Eccleſiæ, alteri tradita, & conceſſa cenſeantur. Verba Bullæ ſunt: *Et nihilominus eidem Materanen. Eccleſiæ, &c. ut omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, libertatibus, & immunitatibus, indultis, & gratiis per Sedem Apoſtolicam, ac Reges, & Principes Sæculares eidem Acheruntinæ Eccleſiæ conceſſis, uti, & gaudere valeat, eique communia eſſe debeant in omnibus, & per omnia acſi eidem Eccleſiæ Materanæ conceſſa forent*. Deinde ſequitur derogatio ſtatutorum ambarum Eccleſiarum. Communicatio tam ampla idem operatur, ut quod uni Eccleſiæ conceſſum eſt, alteri conceſſum cenſeri debeat; itaut a neu-

Digitized by Google

neutra parte privilegium allegari poſſit, quod proprium, & non commune dici valeat .

73. Demum notandum, atque perpendendum eſt, quod hujuſmodi Bulla, utpote veritati, & eximii Archiepiſcopi Henrici Lunguardi relationibus innixa, nulla cenſoria nota ſubreptionis, aut obreptionis digna, plane debitæ executioni demandata fuit, acquieſcentibus ipſiſmet Acherontinis, opera ejuſdem Archiepiſcopi Henrici, ut idem Ughellus teſtatur in fine *Col.* 55. *lit. D.* hiſce verbis: *Interea præſidente Henrico viro probo, & ad omnia facto, ex determinatione Xyſti Pontificis aliquando mutua charitate quievit utriuſque Eccleſiæ Clerus*; ex quibus verbis infertur tam obſervantia ſupradictæ Bullæ Xyſtinæ, quam acquieſcientia eorumdemmet Acherontinorum, qui veritatis jugo cervicem tandem ſuppoſuerunt.

Obſervantia Bullę Xyſtinæ obfirmatur opera Archiepiſcopi Henrici Lunguardi.

74. Sed prætermittenda hic non eſt obſervatio, quæ Ughellum, virum alias de Republica Literaria benemeritum, non modo facilem, ſed effectatum nimis Acherontinorum Patronum luculenter demonſtrat. Ipſe nanque, antequam recenſitam Bullam Xyſtinam tranſcriberet *Col.* 54. *lit. C.* fatetur quod dictus Pontifex inter alia, quæ in eadem Bulla ſtatuerat, mandaverat, quod degens Archiepiſcopus Acherontiæ, & in Diœceſi Acherontina titulum Acherontinum præferret, ſe nuncupando Archiepiſcopum Acherontinum, & Materanum, degens vero Materæ cum tituli Materani prælatione ſe appellaret, & ſubſcriberet; & tamen, quis crederet! enuntiata Bulla literis trabalibus determinat, quod commorans Archiepiſcopus Materæ, & *in Diœceſi Materana*, nempe in illis Locis, quæ ſuperius ab Eugenio IV. tanquam de Diœceſi Materana numerata fuerant, ipſo etiam aſtipulante Ughello, Materanus, & Acherontinus denominari inſcribi, & ſubſcribi deberet. At Ughellus, iterum ad vomitum, callide expungere, in gratiam Acherontinorum, niſus eſt Diœceſim Mate-

Techna XVI.

Callida P. Ughelli reticentia circa Diœceſim Materanam.

te-

teranam, ut juriſdictionem noſtræ Eccleſiæ contraheret, &, ut ita dicam, coanguſtaret intra mœnia Civitatis; qua impudentia ignoramus an major dari poſsit non modo in Hiſtorico claſſis Ughellanæ, ſed in quolibet, etiam primi pili Scriptore: at conatus Ughelli incaſſum ruunt, nam Bulla ab ipſomet tranſcripta *Col.* 54. *lit. D. & ſeqq.*, quam nos dedimus *dict. Reg. num.* 4. pluries Diœceſim Materanam enunciat.

Archiepiſcopus Vincentius Palmerius cõpeſcuit novos motus Acherontinorum, & ſervari juſſit Bullam Xyſtinam ex mandato Card. Aragonii.

75. At longa acquieſcientia pertæſi Acherontini novos motus excitare conati ſunt, ſedente ad gubernacula illarum Eccleſiarum Archiepiſcopo Vincentio Palmerio viro optimo, S. Sedi, & Regibus acceptiſſimo, ac de immunitate Eccleſiaſtica benemerito. Verum prudens Archiepiſcopus, ſicuti optime norat Dynaſtarum, & Baronum Regni, qui Eccleſiarum jura perturbare nitebantur, coram Ferdinando I. Rege, petulantiam frangere, ita pari prudentia compeſcuit etiam irrationabiles motus Acherontinorum, ut idemmet Ughellus teſtatur *Col.* 56. *lit. C.* ſequentibus verbis: *Eadem felicitate pacem inter Acherontinos, & Materanos Clericos, iterum inter ſe diſſidentes, ex præſcripto Joannis Cardinalis Aragonii compoſuit, & Xyſti IV. Diploma jam antea ſub Henrico Prædeceſſore ſuo ſcriptum, obſervandum mandavit.* Hucuſque Ughellus. Quibus verbis validius, atque firmius Xyſtinæ Bullæ ſtabilitur, & confirmatur obſervantia.

Acherontini falſis precibus obtinent a Leone X. Bullam contra Metropolim Materanam.

76. Vincentius Palmerius in Andreæ Palmerii Nepotis ſui commodum Archiepiſcopatum abdicavit, & occaſione hujuſmodi reſignationis, novam fraudum molem ſtruere moliti ſunt Acherontini; & voti compotes facti, clam, & ſubreptitie impetrarunt a bo: me: Leone X. Bullam (non diſſimilem alteri, quam ſubdole extorſerant a fel. rec. Xyſto IV., magno cum eorum dedecore poſtmodum revocatam, ut ſuperius recenſuimus) in qua novo Archiepiſcopo man-

Digitized by Google

mandari ſatagerunt, ut impoſterum non amplius ſe Archiepiſcopum Materanum, & Acherontinum in Civitate, & Diæceſi Materana nominaret, & ſubſcriberet, ſed in ambabus Diæceſibus Materana ſcilicet, & Acherontina Archiepiſcopum Acherontinum, & Epiſcopum Materanum ſe denominaret, appellaret, & ſubſignaret, prout ex Literis in forma Brevis editis die 11. Novembris 1518., *Reg. n.* 19., ab Ughello *Col.* 57. *lit. B.* tranſcriptis.

77. Quis unquam crederet tot adinventionum congeriem Acherontinorum, niſi manibus Diplomata Pontificia contrectaret! At Materani rei novitate perciti, Oratores elegerunt, delectoſque denuo miſerunt ad inſtruendum, atque exorandum Pontificem Leonem, ut edoctus tam de juribus noſtræ vetuſtiſſimæ Metropolis, quam de veterrimis Acherontinorum fraudibus, quibus peſſum dare omnibus viribus conati ſunt noſtram inclytam, atque celeberrimam Eccleſiam, in priſtinum omnia redigi mandaret; & impetrarunt a Pontificis connaturali humanitate, & clementia cauſam committi duobus S.R.E. Cardinalibus, nimirum Laurentio Pucci, & Dominico Jacobatio, qui, utraque parte informante, & acriter obſtrepente, plenarie inſtructi de juribus ambarum Eccleſiarum, tandem retulerunt nimiam Acherontinorum pervicaciam, & ineluctabilem noſtrorum jurium congeriem; Quapropter ad relationem prædictorum Cardinalium ſub die 26. Maji 1519. prodiit nova Bulla Leonina, qua revocatæ fuerunt priores Literæ in forma Brevis ab Acherontinis ſubreptæ, & demandata Xyſtinæ Bullæ obſervantia, in qua dirimuntur controverſiæ tam de Diœceſi Materana, quam de tituli prælatione in actibus juriſdictionalibus Civitatis, & Diœceſis Materæ, adeout in illis exarandis Archiepiſcopus Materanus, & Acherontinus ſubſcribi, denominari, & app llari debeat. Quæ Bulla Leonina, una cum illa Xyſti idem decernente, in

Metropolis Mater. priſtino reſtituitur ſplendori altera Bulla Leonis X. revocatoria ſuperius enunciatæ.

Teſtatur Ughellus de Juſtitia, & obſervantia Leoninæ Bullæ.

viridi adhuc nunc eſt obſervantia, prout teſtatur idem Ughellus *Col. 59. lit. B.* ibi: *Literæ datæ fuerunt die 26. Maji 1519., quas hic libenter ab exemplari damus, cum uſque ad hæc noſtra tempora, veluti juſtiſſime prolatæ, ſerventur ab eorum Archiepiſcopis illibatæ*. Hactenus Ughellus.

78. Ughello aſtipulantur omnes fere Archiepiſcopi in ſuis reſpective Relationibus ad Sacram Congregationem Concilii occaſione Viſitationis Sacrorum Liminum; & prætermiſſis modernioribus Brancacio, & Poſitano bon. mem. Archiepiſcopis, dumtaxat exhibenda dùcimus tria trium Archiepiſcoporum Exemplaria, quibus obfirmatur Xyſtinæ ſimul, & Leoninæ Bullæ conſtans obſervantia *Reg. num. 19. lit. A.*, & *B.*, de qua etiam præſens teſtatur Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus D. Archiepiſcopus Mariconda vir nobilitate, literis, conſilio, pietate, zelo numquam ſatis laudandus *d. n. 19. Reg. lit. C.* Imo aliqui Archiepiſcopi, Acherontino titulo poſthabito, Materanos Archiepiſcopos tantum appellari gaviſi ſunt; ſicque Sigiſmundus Saracenus, qui Concilio Tridentino interfuit, in fine ſe ſubſcripſit: *Sigiſmundus Saracenus Neapolitanus Archiepiſcopus Materanus*, ut patet tum ex actis Conciliaribus, tum etiam ex omnibus Tranſumptis typis demandatis. Ulterius Sereniſſimi Reges in præſentationibus Archiepiſcoporum, nulla prorſus facta mentione Eccleſiæ Acherontinæ, ad Materanam ſolummodo illos præſentant, & nominant, prout S. M. Papa Clemens VII., qui ſub die 29. Junii 1529. Sereniſſimis Regibus Neapolis hujuſmodi jus nominandi reſervavit, & indulſit, itidem noſtram tantummodo in ſuo Brevi commemorat; ſub cujus denominatione concomitanter venit Eccleſia Acherontina illi annexa; de qua praxi teſtantur communiter omnes Archiepiſcopi in Relationibus, quas ſingulis trienniis ad Sac. Congregationem Concilii mittunt, & ipſæ Regiæ Cædulæ abunde demonſtrant;

& quam-

& quamquam Pontifex ob ſuperius relatam Acherontinorum pervicaciam illis reſervaverit jus dicendi, & agendi ſuper ſubreptione Literarum Xyſti, prout etiam habet Ughellus *cit. Col.59. lit.B.*, elapſa, evolutaque ſunt jam duo ſæcula completa, & currit tertium, & Acherontini nunquam hoc jus experti ſunt, fatentes tacite hujuſmodi acquieſcientia malum jus, quod fovere noſcunt, nam ſi de ſubreptione dicere potuiſſent Acherontini, natura ſeduli, occaſionem vexandi noſtram Civitatem, & Metropolim non prætermiſiſſent.

79. Demum Ughellus *Col. 9. lit. D.* colophonem imponit Acherontinorum hiſtoriæ, & narrat de anno 1600. Acherontinos favorabilem deciſionem in S. Rotæ Tribunali reportaſſe, prout repetit *Col 64. lit. A.*; reticet vero eandem ter favore Materanenſium in Judicio petitorio Cauſam decreviſſe; utque omnia pandamus ordine ſuo, breviter, fideliterque factum coercemus.

Techna XVII. & ultima.

Reticet Ughellus tres Deciſiones favore Eccleſiæ Materanenſis editas, & ſolummodo commemorat deciſionem in poſſeſſorio ab Acherontinis extortam.

80. Anno 1585. per mortem Sigiſmundi Archiepiſcopi Saraceni Eccleſiarum Materanen., & Acherontinen. vacatio contigit, quæ per ſæculum, & ultra, ſcilicet ab Anno 1482., quo obiit eximiæ laudis Archiepiſcopus Henricus Lunguardus, non evenerat, ob ſecutas reſignationes, ab Ughello etiam recenſitas, Archiepiſcoporum Palmerii, & Saraceni, & juxta S. Concilii Tridentini recentes diſpoſitiones, utriuſque Eccleſiæ Capitulum ſuum elegit Vicarium Capitularem, quodlibet nempe pro ſua Diœceſi: at feſtinanter Acherontini, qui credentes in oblivionem penitus abiiſſe Locorum diſtinctionem ad unamquamque Eccleſiam ſpectantium, nactique occaſionem protractæ electionis Vicarii Materanen., non niſi ad octavum diem, ob magnum votantium numerum inter ſe diſſidentium, abſolutæ in perſonam piiſſimi Viri Lucæ Antonii Jacutii, viſitationem Diœceſis per eorum Vicarium Capitularem auſpicari fecerunt a Locis

Factum, quod dedit cauſam liti

in Petitorio fideliter exponitur cum tribus S.Rotæ deciſionibus favore Materanenſis Eccleſiæ inde editis de Anno1596. & 1597.

cis ad Materanam ſpectantibus, & proprie a Milionico, ut quamvis prædanee in poſſeſſionem ſe immitterent Juriſdictionis ſuper dicta loca. Vicarius itaque Materanus Milionicum appulſus ad Cenſurarum relaxationem ob Juriſdictionem uſurpatam devenit contra Acherontinum, qui temere hoc idem auſus eſt attentare in eundem Vicarium Capitularem Materanum. Quo facto prudentialiter a S. Congregatione Epiſcoporum compoſito, ut colligitur ex quibuſdam ejuſdem S. Congregationis Epiſtolis *Regeſt. num.* 20., a Materanis Cauſa ad S. Rotam delata fuit ſuper Petitorio. Hinc coram bo: me: Gyptio diſcuſſis Juribus, quibus aperte patebat Loca recenſita pertinere, & eſſe de Diœceſi Materana ſub die 29. Aprilis 1596. prodiit prima decſio favore noſtræ Eccleſiæ Materanenſis, qua dictum fuit ipſam habere Diœceſim diſtinctam, & ſeparatam ab Acherontina. At obſtrepentibus Acherontinis Cauſa iterum in S. Auditorio propoſita, altera edita fuit Deciſio ſub 14. Martii 1597., qua *DD. cenſuerunt* (ſunt verba Deciſionis) *non eſſe recedendum a deciſis ex rationibus in ea adductis, quibus non refragantur in contrarium pro Capitulo Acherontino deducta*. Hæ duæ Deciſiones impreſſę habentur *in* 3. *Volum. Mantiſſ. ad ornat. Cardin. de Luc. libr.* 3. *deciſ.* 11., *&* 12. Cumque S. Rota in laudata ſecunda deciſione decernendum ſibi reſervaverit, quantum ſe extenderet Materana Diœceſis, ſub die 4. Julii 1597. tertia prodiit Deciſio impreſſa 4. *p. diverſ. deciſ.* 797., qua fuit decretum, Diœceſim Materanam uſque ad Mare ſe extendere, & complecti decem Loca, quæ Materam circumſepiunt, nempe Latertiam, Genuſium, Montemcaveoſum, Pomaricum, Milionicum, Gryptulas, Ogianum nunc Ferandinam, Piſticium, Bernaldum, & Tamimarim, vulgo Turrem Maris. Hæ tres aureę deciſiones datæ *Reg. num.* 11., *lit. A. B.*, optimæ fundatæ in pręcla-

claris Juribus, quorum plenum, & diſtinctum præferunt Summarium, a noſtro Hiſtorico ſilentio prætermiſſæ ſunt.

81. Tribus recenſitis S. Rotæ deciſionibus fracti Acherontini, exagitatique, uſi occaſione Promotionis ad S. Purpuram ejuſdem bo: me: Gyptii, Petitorio relicto, Poſſeſſorium judicium coram bo: me: Millino, in Gyptii locum ſuffecto, diſcutiendum curarunt, fiſi in prædanea poſſeſſione præcedenti §. fideliter enarrata; ipſiſque tantum informantibus, non difficile fuit favorabilem obtinere deciſionem pro manutentione Juridictionis ſuper præcenſitis Locis Diœceſis Materanen., indeque relaxationem mandati de manutenendo; quod etiam prædoni concedi ſat notum eſt Juriſtis. Hujus tamen mandati obſervantiam, quæcumque illa fuerit, nunquam pro Acherontinis ſtetiſſe clare demonſtrat judicium pro purgatione attentatorum in ſpretum ejuſdem mandati de manutenendo nuperrime ab ipſis contra noſtrum Capitulum coram Eminentiſſimo Aldrovando, tunc S. Rotæ Decano, intentatum. Ughellus itaque, qui tres enunciatas S. Rotæ deciſiones Materano Capitulo in Petitorio favorabiles ſilentio prætermiſit, & ſolummodo illam favore Acherontinorum in Poſſeſſorio editam in medium attulit, optime novit, iſtam, ultra quod prodiit in Indicio manutentionis in contumaciam, nullo fulciri Jurium robore, nam & eorum nullam, ut par erat, diſtinctam mentionem facit ipſa deciſio, quæ nec in uno numero Summarium enunciat, & de fide, vel ſaltem legalitate magnam reliquit dubietatem illis verbis in ejus principio, haud caſu, appoſitis, ibi: *Præſuppoſito, quod Jura ſint in forma probante*, prout ex ipſa deciſ. 204. ex impreſſis coram Millino clare liquet. Quid ſi S. Rota tot errores, tot commenta ſubodorata fuiſſet? Et propterea Ughellus hiſtoriam ambarum Eccleſiarum Materanen. nempe, & Acherontinam in texendo, factum tam publicum,

ut eſt trina Propoſitio Petitorii in S. Rota, utriſque partibus obſtrepentibus, favore Materanen. Eccleſiæ annis 1596., & 1597. deciſi, ſub ſilentio relinquere, & per ſaltum ad poſteriora tranſire, nempe ad deciſionem coram Millino, non debebat. Hoc forſan fecit coactus, ne ineluctabiles rationes, ac clariſſima Jura, quibus deciſiones ipſæ coram Gyptio, innituntur, enunciando, magis in contradictionem indiceret: tali tamen reticentia ſuam clarius affectationem probatam reliquit.

82. Nos vero pro Coronide, etſi, omni perquam diligenti exquiſitione peracta in competentibus Almæ Urbis Archiviis, Poſitiones recenſitarum Cauſæ tam in Petitorio, quam in poſſeſtorio propoſitionum, & Volumina jurium, quorum in libris S. Rotæ, qui vulgo Accomodatorum dicuntur, memoria pluries reperitur, invenire nec in uno ſaltem folio potuimus; eorum tamen plura magis ſpecifica, & quæ temporum rapacitas, & injuria reliquit, tam ab ipſa S. Rota antiquitus canonizata, quam noviter reperta, & quæ ſparſim in hoc opere referre neceſſe fuit, in veritatis obſequium, per anacephalæoſim breviter contrahemus. Et omiſſis pene infinitis Summorum Pontificum, Archiepiſcoporum, Judicum inferiorum, publicorumque Officiorum enuntiativis, quas referre (ut verbis utar citatæ tertiæ deciſionis coram Gyptio §. 4.) nimis laborioſum eſſet; nec non aliis non vulgaribus documentis, & Scriptorum auctoritatibus, quibus luculenter patet Materanæ Cathedræ vetuſtas, illius exiſtentia Diæceſis, & extenſio ad decem enumerata loca; ſolum in memoriam revocamus breviter, quæ ſequuntur.

Anacephalæoſis rationum pro Materana Cathedra.

Tot antiquis priorum ſcilicet ſæculorum Conciliis Epiſcopos Materanos interfuiſſe, & ſubſcripſiſſe ad tradita per Labbè. Subſequenti ſæculo nempe anno 968. Materam ſicut Acherontiam, treſque alias relatas Civitates ſuum quamque

Materani Epiſcopatus vetuſtas

que Epiſcopum habuiſſe, prout ex diſcuſſa relatione Luitprandi Epiſcopi Cremonenſis. Diplomata Stephani, & Benedicti Epiſcoporum Materanenſium; qui ſucceſſive ſæculo XI. vixerunt. *Reg. n.* 8., 9. Magnum teſtimonium Labbè, & eorumdemmet Acherontinorum Confeſſiones apud Aubertum Miræum, & in precibus S.M. Leoni X. datis, *Reg. n.* 5. & 17., in quibus ferme aſſeverant Materanam Cathedram Acherontinæ fuiſſe unitam tempore Alexandri II., qui XI. ſæculo regnavit. Quę tamen unio forſan fuit ad tempus. Bulla denique unionis perpetuæ ab Innocentio III. data ſub annum 1303. §.35., & ſucceſſive quamplures ſequentibus ſęculis aliorum ſummorum Pontificum, ut ſat probatum eſt; antiquam ſucceſſivamque Cathedralitatem comprobant clariſſime in Eccleſia Materana.

Imo Cathedram Materanam fuiſſe ſimul Archiepiſcopalem cum Eccleſia Acherontina clare liquet ex eodem Labbè, qui aſſeverat Archiepiſcopatum Materanum Acherontino unitum ab Alexandro II.; proindeque ortum quod Archiepiſcopus Materanus, & Acherontinus fuerit poſtmodum appellatus. Ex præcenſita Bulla novæ unionis Innocentii III. in qua uſus Pallii iterum Archiepiſcopo conceditur. Ex ipſomet Ughello *Col.* 38. *lit. A*, ex Regeſt. Caroli I. relato §.48. Ex Bullis Xyſti IV, & Leonis X. *Reg. n.* 4., & 5. quæ Metropolitanam appellant Eccleſiam Materanam, & in quibus ſtatuitur ejuſdem titulum præponi Acherontino dum Materæ, vel in ejus Diæceſi comoraret Archiepiſcopus. Ex infinitis pene Bullis Promotionum Archiepiſcoporum, eorumdemque actis ſucceſſivis, in quarum pluribus titulus Materanus Acherontino præponitur, vel ſolus exaratur, excluſo Acherontino; ut ex Summariis Poſitionum S. Rotę in Cauſa Matheranen., ſeu Acheruntinen. Juriſdictionis. Ex fere innumerabilibus actis Curiæ Metropolitanæ Materæ, coram qua actitantes etiam ipſi Acherontini illam continuo, & perpetim

Archiepiſcopatus Materani antiquitas.

tim Metropolitanam appellarunt, prout etiam conſtanter Suffraganei omnes, ut ex Poſitionibus S. Congregationis Epiſcoporum in recenſita Cauſa Ponente bo. me. Card. Colloredo. Ex omnibus Præſentationibus Archiepiſcoporum a Sereniſſimis Neapolis Regibus factis, in quibus ſemper Eccleſia Materana ſolummodo recenſetur; prout in Bulla Clementis VII. pro tali Jure ptæſentandi data Imperatori Carolo V.; quod etiam teſtantur Archiepiſcopi in ſuis relationibus S. Congregationi Concilii porrectis occaſione Viſitationis Sacrorum Liminum. *Reg. n.* 19. *& lit. A. B.* Et denique, ne in infinitum abeamus, ex ſupplici libello, quem ipſimet Acherontini bo. me. Clementi VIII. pro Cauſæ commiſſione, quam cum noſtro Capitulo habebant, dederunt, in quo noſtram Eccleſiam ipſimet Metropolitanam ſimiliter appellant.

Materanæ diæceſis exiſtentia.

Exiſtentia quoque Materanæ Diæceſis, iſtiuſque extenſionem ad decem ſæpe enumerata Loca evidentius demonſtrant Diplomata ſupra relata Stephani, & Benedicti Epiſcoporum Materanenſium, qui ſæculo XI. in Civitate Montis Caveoſi, & in Caſale de Cornu ad territorium Terræ Piſticii ſpectante, juriſdictionem ſpecificam exercuerunt. Inſtrumetum antiquum de anno 1373., quo terra Latertiæ evincitur ſituata in territorio Civitatis Materæ. *Reg. n.* 21. Plures Bullæ Eugenii IV., in quibus Materana Diæceſis recenſetur expreſſe, imo in ſecunda ejuſdem Pontificis nominatim Loca Diæceſis Materanæ, quibus directa fuit, enumerantur. *Reg. n.* 13. *& ſeq.* Diſiunctio, & ſeparatio noſtræ Eccleſiæ, ejuſque Diæceſis ab Acherontina auctoritate laudati Pontificis Eugenii facta de anno 1440., quando earum adminiſtratio commiſſa fuit P. Madio Hydruntino, qui per quatriennium Eccleſiam Materanam, ejuſque Diæceſim pacifice, & laudabiliter gubernavit, §. 61. ſæpe citatæ Bullæ Xyſti IV., in quibus & Materana pluries legitur Diæceſis, & prælatio tituli Materani ſta-

ſtatuitur pro actis ad Civitatem, & Diœceſim Materanam ſpectantibus, & juxta reſidentiam Archiepiſcoporum, ut diximus; Bullæ itidem ſubreptitie (perindeque revocatæ) per Acherontinoſque obtentæ ab eiſdem bo. me. Xyſto IV., & Leone X. *Sum. n.4. & 5.*, in quibus iidem Acherontini Diœceſim Materanam non inficiantur. Capitula de anno 1483. præſente Cantore de Lipero Achetontino inita inter Archiepiſcopum Palmerium, Civeſque Materanos, prout alia poſteriorum temporum. *Reg. n.* 22. Publicum Exactionis decimarum documentum anni 1524. Archidiacono Barenſi pro Civitate, & Diœceſi Materana commiſſæ, & quam idem Archidiaconus pacifice executus fuit. *Reg. n.* 23. Inſtrumentum actorum Jubilei Gregorii XIII. ex quo patet decem Loca ad lucrandas Indulgentias Materam, tamquam ad propriam Cathedram, acceſſiſſe. *Reg. n.* 24. Aliud documentum de anno 1583. comprobans obedientiam, quam quotannis decem Loca feria V. in Cœna Domini præſtant eorum Cathedræ, accipiendo ſcilicet ab Eccleſia Materana ſacra Olea; cum Loca Diœceſis Acherontinę Acherontiam petant; cujus obſervantia eſt conſtans, & pene immemorabilis. *Reg. n* 25. Cædulę regiæ Commiſſionis anni 1585. datæ Æconomo regio pro Eccleſia, & Diœceſi Materana ſede vacante per obitũ Sigiſmundi Archiepiſcopi Saraceni *Reg.n.*26. Cæteris tandem omiſſis, Atteſtatio Capituli Acherontini, *Reg. n.* 27., quod capitulariter de anno 1598. confeſſum fuit atteſtatione, propriis Capitularium manibus ſubſcripta decem recenſita Loca eſſe extra Diœceſim Acherontinam: Habetur hæc atteſtatio in antiqua poſitione pro cauſa in S. Rota diſcuſſa coram Litta inter Archiepiſcopum Materanum, & Archipresbyterum Ferandinæ, prout ex deciſ. 129. coram eodem Litta ex collectis a Farinacio.

Nec parvipendenda eſt fortis præſumptio, quæ ori-

K tur

Digitized by Google

tur ex eorundem decem Locorum propinguitate Materanen. Eccleſiæ. Omnia enim circumſtant, ambiunt, & veluti circumſepiunt Civitatem Materę; quędam ſunt in ejuſdem territorio ſituata. Omnium item quędam 6., quędam 8., alia 10., 12., & ad plurimum 18. milliaribus diſtant ab ipſa urbe Matera; ab Acherontia verò quędam 30., 40. aliqua, alia 50., & ultra milliaribus; ut patet ex Archiepiſcoporum relationibus *Reg. n.* 19. *A. B.*, & ex ſæpe dictis deciſionibus coram Gyptio *Reg. n.* 11. *A. B.* Quippe ſat notum eſt, quod ad commoditatem Populorum, & Sacramentorum faciliorem adminiſtrationem inventę fuerint Dięceſum diviſiones. Imo inter unam, & aliam Diœceſim interponuntur extranei Epiſcopatus, Gravinen. ſcilicet, Montis Peluſii, & Tricaricen. cum ſua ampliſſima Diœceſi; ita ut ſi ab una ad alteram iter habendum ſit, perneceſſe tranſeundum per unius ex prædictis alienis Dięceſibus ſaltem territorium. Ulterius diſtinctum antiquitus retinent nomen Diœceſes ipſæ, quæque a ſua Cathedrali; loca etenim decem Materanæ Diœceſis inferiora, ſeu inferioris Diœceſis perpetim uſque modo dicta ſunt, non quia ipſa, ſed quia Matera eorum Cathedra in planitie ſita eſt; quippe loca ipſa, duabus tantum Latertia nempe, & Genuſium exceptis ſupra montes non parum altos edificata videntur. Loca autem quæ ad Acherontinam ſpectant Eccleſiam, ab ipſa Civitate, quæ ſupra altiſſimum Montem extruncta eſt, ſuperioris Diœceſis denominationem ſumpſerunt; eorum etenim quædam vel in planitie, vel ad Montium radices exiſtunt.

Materanæ diæceſis diſtincta denominatio.

At creſcit præſumptionis argumentum ex ipſa Materanen, & Acherontinen. Eccleſiarum Apoſtolica unione; cujus cauſa cum aperte a Bullis Innocentii III., Xyſti IV., & Leonis X. canonizetur paupertas, & extrema Acherontinæ Eccleſiæ indigentia; ſi ad iſtã Loca utriuſque Diæceſis ſpe-

ſpectaſſent, ita ut Materana Eccleſia intra diſtrictum ſolius Civitatis eſſet coanguſtata; neſcitur quo pacto ipſa Eccleſia Acherontina cum tam ampla Diœceſi vigintiquatuor Oppidorum, pauper nimis, & ad ultimam egeſtatem redacta, impotenſque propterea ad Archiepiſcopalem dignitatem ſubſtinendam in tot Pontificiis Bullis, ad Archiepiſcoporum inſtantiam, vel etiam Acherontinis auditis, ut plurimum editis, dici potuiſſet; & e contra Materana intra ſolius Civitatis muros diſtricta tam prædives, & bonis omnibus referta, cum individuali expreſſione ibi: *Et ſtatum ſuum* (ideſt Archiepiſcopus) *ex fructibus, redditibus, & proventibus ipſius Eccleſiæ Materanæ quodammodo ſe ſubſtentat*. Et inferius: *Eccleſiam Materanam prædictam, a qua vitæ ſuſcipit nutrimenta*: Hæc Xyſtus IV., cui Leo X. adſtipulatur. Ulterius ſi ad Ecclesiam Acherontinam utraque Diœcesis ſpectaſſet, uniri utique non indiguiſſet cum Materana muros ſolius Civitatis pro Diœceſi, in Acherontinorum ſenſu, habente. Quid namque auxilii, quid ſublevaminis Ecclesia, diſtrictum Civitatis non excedens, imo quam & de Diœceſi Acherontina fuiſſe autumare non verentur, ſibi ipsis ſemper in propositionibus contrarii, Acherontini, illi dare potuiſſet Eccleſiæ, nempe Acherontinæ, quam proventus tam amplæ Diœcesis habuiſſe fabulatur Ughellus? At quod pauper, & ad extremam inopiam redacta fuerit Acherontina Eccleſia, prout & ipſa Civitas, unioque cum Materana ob probatam Acherontinæ egeſtatem facta controverti non poteſt; igitur neceſſario, etiamſi nulla extarent monumenta, confitendum venit, noſtram antiquiſſimam Cathedralem Diœcesim habere diſtinctam ab Acherontina, & eſſe decem loca, quæ inferioris dicuntur, a tot Bullis Pontificiis, authenticis documentis, ab ipſa topographia, a forti præſumptione, & a S. Rota tam clare diſtincta, deciſa, & enumerata; Enun-

ciativæ, quæcumque ſint, contrariæ, cum irrepſerint ex errore poſt unionem, quando Loca utriuſque Diæcesis modo utramque detinebant denominationem, modo quæ Acherontinæ ſunt Materanæ dicebantur Diæcesis, & e contra, nullam fidem merentur pręſertim in comparatione noſtrarum, quas Rota coram Gyptio *in cit. deciſ. 797. par. 4. diverſ.* §. 4. referre nimis laborioſum eſſe dixit, & in comparatione itidem tot, tantorumque Jurium noſtræ Metropolis, quæ non in ſimplicibus enunciativis, ſed in factis ſpecificis innituntur, etiam a Bullis Apoſtolicis expreſſis, aliiſque editis pręviis Informationibus, partibuſque auditis, & obſtrepentibus. Hæc, quæ Ughello, Acherontiniſque, quorum ore locutus eſt, objecimus ſatis ſint. Cætera, quæ habet idem Auctor, tamquam levioris momenti, miſſa facimus; eadem tamen, Deo dante, veritatis cribro committere reſervantes cum nobis otium fuerit, nam modo alio noſtra perquiritur occupatio; eo magis quia cum eorum quibus innititur Ughellus, ſive connexorum Summarium circumferatur impreſſum, quod Ughellus ipſe forſan referre voluerit, cum pluries de Chartulario mentionem fecit, neceſſario quæ in eo ſunt ad noſtram pertinentia inſtitutum, duximus breviter diſcutienda; unde ſequitur

DIS-

DISCUSSIO

Summarii Acherontinorum.

Summarii Acherontinorum Brevis diſcuſſio.

83. SUmmarium, quod diſcutiendum ſumimus typis datum Anno 1599., exerptum perhibetur ex Proceſſibus Compulſoriali, & remiſſoriali; verum toto, ut diximus, pervoluto Archivio S. Rotæ in Vaticano, & propemodum Chartis ſingulis, eorum tamen nec folium aliquod invenire potuimus; unde clandeſtinæ ſubreptionis, retentioniſque fortis oritur præſumptio.

Probationes, quæ in eodem factæ conſpiciuntur, ad quatuor ſpecies reducuntur. Prima eſt quorumdam Brevium Summorum Pontificum, Actuumque Archiepiſcoporum, in quibus decem Loca Diœceſis inferioris enunciantur Acherontinæ Diæceſis. Et ut Ordine Chronologico procedamus, diſcutiendus primo eſt Actus vetuſtus anni 1110. notatus in eodem Acherontinorum *Sum. n.*33. Qui, quamquam non determinet Montem Caveoſum ad Acherontinam ſpectare Diæceſim, ſed dumtaxat recenſeat confirmationem Privilegiorum Eccleſiarum, quas F.P. Caſſinenſes Monaſterii Montis-Caveoſi poſſidere perhibetur in Diæceſi Acherontina, abſque ulla Eccleſiarum, & Locorum deſignatione in ſpecie, unde de pertinentia argumentum deſumi debebat; & inſuper careat data diei, Menſis, & Loci, arguitur luculenter de falſitate; demonſtraturque apocryphus ex Chronico Lupi Protoſpatæ Celeberrimi Regni Chronologi, qui diſertis verbis aſſeverat, Arnoldum Archiepiſcopum Acherontinum, qui aſſerta Privilegia confirmaſſe ſupponitur, jam deceſſiſſe ab anno 1101., eique anno ſequenti ſucceſſiſſe Petrum, qui deinde ambas Eccleſias rexit per quadraginta circiter annos. Et

Iterum Arnoldus novennio ab obitu revocatur ad vitam.

quamquam Ughellus in propugnatione alterius Commentitii Diplomatis, vitam Arnoldi protrahat ad annum 1105. ut dictum eſt §.51. cum velit Petrum Arnoldo Suffectum anno 1106., in comperto tamen habet, Arnoldum e vivis ſublatum dicto anno 1105., quem Acherontini ad vitam revocarunt anno 1110., poſt ſcilicet quinquennium, ut ex Ughello, imo verius novennium ab illius obitu, ad eorum Commenta firmanda. Unde plane pateſcit dictum Inſtrumentum longe a veritate diſſentire, & quam fidem Acherontinorum documentis eſſe dandam.

Reliqui actus deinde, qui incipiunt ab anno 1302. utpote poſt unionem perpetuam ambarum Eccleſiarum, quando Loca utriuſque Eccleſiæ modo unius, & modo alterius denominationem ſumebant, prout recurrentibus libebat, Statum firmare nequeunt, & quatenus conſiderationem aliquam merentur,eis opponimus Synopſim fere innumerabilium Actorum in S. Rota exhibitam, in quibus dicta Loca Materanæ ſolummodo,& Materanæ Acherontinæque Diœceſis quandoque dicuntur, cum prælatione Tituli Materani, juxta Xyſti IV. determinationem *Regeſt.n.*4. Imo Sac. Rota Acherontinis auditis, acriterque obſtrepentibus decrevit §.4. cit. tertię Deciſionis favore Materanenſium coram Gyptio editæ *Reg. n.*11. *l. B.* ex congerie quamplurium actorum a Materanis productorum ſatis ſuperque probatum fuiſſe dicta Decem Loca ad Materanam ſpectare Diæceſim; Deciſionis verba ſunt: *Coadiuvantur ex aliis enunciativis verbis contentis in nonnullis Literis Apoſtolicis, & Archiepiſcoporum, quæ referre nimis laborioſum eſſet*; Nec diſertioribus verbis illorum ingentem numerum exprimere poterat; quæ Jura modo ignoramus, quo malo fato perierint, cum in Archivio Vaticano, ubi aſſervari debebant, non inveniantur, ut diximus.

Inſuper quamplura ex ſupradictis Juribus commentitia ſunt,

ſunt, & falſa, præſertim Diploma P. Gentilis, quod notatur *Summ. num.* 33. in margine ſub annum 1302., quam nos confutavimus §.57., & 58.; etenim præter alias nullitates, ex illius Data panditur luculenter falſitas, ibi dicitur: *Datum apud Acherontinam anno* 1302. *Pontificatus Bonifacii IX. anno ejus* 4.; & tamen anno 1302. non præſidebat Bonifacius IX., ſed Bonifacius VIII., cujus Pontificatus annus erat VIII., non IV.

Diploma P. Gentilis iterum recenſetur.

Eodem vitio laborat Bulla, quæ eidem Bonifacio IX. tribuitur, in margine notata ſub anno 1397., nam dictus annus perhibetur XI. præfati Pontificis, & nihilominus erat VIII., cum electus fuerit anno 1389.

Similiter & alia Bulla *d. Summ. num.*40. notata, & Innocentio III. tributa ſub annum 1201. qui annus dicitur IV. Pontificatus dicti Pontificis, cum ſit III.

Sic pariter eſt Bulla, quæ Clementis VIII. fertur in *d. Summ. num.*38., nam ea legitur edita anno 1591. cum eo tempore non adhuc ad Pontificatus Sedem elatus fuerit; conſtat enim, electum fuiſſe Clementem VIII. anno 1592. Acherontini vero in effingendis eorum falſis Juribus tempora non ſervarunt, ſed modo mortuos Pontifices, & Archiepiſcopos excitarunt, modo viventes morti dederunt, ad eorum libitum ſibi arrogantes tot illuſtrium, & Summorum Virorum Jus vitæ, & necis.

Bulla Clementis VIII. apocrypha ſupputatione chronologica oſtenditur.

Ejuſdem farinæ eſt Bulla, quæ tribuitur Eugenio IV. *in Summ. num.*43. in qua noſtra vetuſtiſſima Civitas Matera, dicitur Terra, non adhuc honorifico Titulo Civitatis, & Archiepiſcopalibus Juribus inſignita, cum ex deductis a §. 60. *uſque ad* 66., clare pateat longe ante milleſimum pro inſigni Civitate Epiſcopali habitam fuiſſe, & undecimo Seculo ſaltem, ex Confeſſione ipſorum Acherontinorum, cum Eccleſia Acherontina Metropolitico Jure ornatam fuiſſe.

Commiſſio Epiſc. Triicaricen., ab Eugenio IV. data enunciatur denuo.

Bul-

Bulla Leonis X. revocata.

Bulla Leonis X. data *Summ. num.* 1., utpote ſubreptitia revocata fuit, ut fuſe probavimus §. 76., *& ſeq.*, ubi in medium attulimus Bullam Revocatoriam ejuſdem Pontificis *Reg. num* 5.

Xyſti IV. Bulla revocata.

Bulla Xyſti IV., quam dant Acherontini *d. Summ. num.* 45. pariter uti ſubreptitia fuit revocata, ut demonſtravimus ſuperius a §. 68., *uſque ad* 73.. Ex quibus commentis emergit ratio dubitandi de aliis Acherontinorum Juribus, præcipue, quia quamplures aliæ Bullæ in dicto Summario tranſcriptæ carent Data Loci, & fere omnes data dierum, Menſium, & Pontificatuum, immo in pluribus nomina Archiepiſcoporum, Judicum, & Notariorum, ac Teſtium ſignantur literis N.N.; quæ notatio clare redolet nota nullitatis.

84. Secunda Species probationum eſt actuum Juriſdictionalium Vicariorum Capitularium Acherontinorum, illorumque electionum.

Unica eſt electio Vicarii Capitularis Acherontini, quæ perhibetur facta anno 1482., & per conſequens ante motam litem, notata in *eadem Summ. num.* 14.; ſed hic actus itidem commentitius ex ſe ipſo panditur; in eo ſiquidem, tam nomen Judicis, quam Notarii, item nomina Archidiaconi, & Canonicorum; & denique nomen defuncti Archiepiſcopi notantur ſub Literis N.N, adeout, qui actui interfuerint illum rogaverint, auctoritatemque præbuerint, quique elegerint, & electus fuerit, prorſus deliteſcunt; dumtaxat notatur electus, in Vicarium quidam Matthæus, cujus cognomen, pariter reticetur.

Alia, quæ ſupponitur electio, & fertur facta anno 1527. ut notatur in margine pluries recenſiti *Summ cit. num.* 14. non eſt, ut ab Acherontinis fingitur, electio, ſed quædam notificatio, qua Diæceſi fuit redditum perſpicuum, quod eo anno confectio Sac. Oleorum facta fuiſſet in Eccleſia Acherontin.; quod

quod ſimplex Edictum ipſi, ad cumulanda Jura, repoſuerunt ſubdole inter electiones. Reliquæ vero Vicariorum deputationes, quæ peractæ traduntur ſub annis 1591 1592, & 1595., utpote poſteriores Sede Vacante Archiepiſcopi Sigiſmundi Saraceni, quæ evenit anno 1585., quando Acherontini prædanee ſe in poſſeſſionem immiſerunt juriſdictionis ſuper dictis Locis, & quando, ut probavimus §. 80. lis ortum habuit, Statum antiquum, tamquam factæ, lite pendente, firmare nequeunt.

Lite pendente factæ fuerunt a Vicariis Capitularibus Acherontinorum, Sede Vacante, Collationes Beneficiorum *dict. Summ. num.* 15. Item Literæ dimiſſoriales ad Ordines ſuſcipiendos. & deputationes Vicariorum Foraneorum *eodem Sum. num.* 16., *&* 17. Abſolutiones, & Condemnationes Reorum, necnon Conceſſiones Literarum Monitorialium *dict. Sum. num.* 18., *&* 19. Et licentiæ contrahendi Matrimonia *cit. Sum. num.* 20. Et quamquam prima licentia dumtaxat appareat data ante motam litem, anno ſcilicet 1574., ea tamen firmata noſcitur non a Vicario Generali, aut Capitulari Acherontinorum; ſed a quodam Leone de Leonardis Auditore Sigiſmundi Saraceni, tunc temporis Archiepiſcopi; Acherontini vero illam repoſuerunt inter traditas ab eorum Vicariis, ut tot recentes Actus ab uno ante litem motam peracto vim quodammodo reciperent.

Obedientia, quæ dicitur a decem Locis controverſis pęſtita Eccleſiæ Acherontinen., cœpta pariter videtur poſt annum 1585. & ſic poſt litem motam, & uſurpatam Materanenſi Juriſdictionem. Pœna, qua damnatus fertur Archipresbyter Ferandinæ commutata deinde in Ducatos 25. non fuit a Judice ſubſcripta, & caret data Diei, Menſis, & Anni *dict. Sum. num.* 22. *in fine*.

Compoſitio Spolii, & Deputatio Exactorum eſt ſimi-

L liter

liter poſt dictum annum 1585. *Sum. num.* 27. Itidem ſubſidium charitativnm *Sum. num* 29. Conſtitutiones Synodales, quæ editæ dicuntur in Civitate Acherontina cum interventu Cleri Diœceſis inferioris, ignoratur quo Anno, & Menſe in lucem prodierint, & an revera editæ fuerint, nam uſque nunc nec Acta unius Synodi data, vel ſpecificata ſunt. Verum enim vero ſi acceſſus ad Synodum ſubjectionem arguit illi Eccleſiæ, in qua celebratur, proculdubio Acherontina Eccleſiæ Materanæ ſubdita dici debet, nam Anno 1684. eaſdem Eccleſias regente Archiepiſcopo de los Ryos, Materæ celebrata fuit Synodus Diæceſana, eique cum Clero ambarum Diæceſum interfuit Acherontinus, qui tam in ſedendo, quam in incedendo, ac generaliter in omnibus actibus ſecundus fuit, cum Materanus ſemper primum habuerit locum, ut ex ipſamet Synodo Venetiis impreſſa pateſcit. Sed revera locus celebrandæ Synodi, cum ab Archiepiſcopi determinatione pendeat, ut in ſpecie in una Materanen. 1628. reſolvit S. Congreg. Concilii *Reg. num.* 28., nullum Jus acquirit.

Denique commiſſio Reverendiſſimi Nuntii Neapolis pro poſſeſſione Archipresbyteratus Montis caveoſi *Sum. n.* 32. legitur ſimiliter facta poſt eundem annum 1585. Prout & acceſſus celebritati S. Canionis, qui ſupponitur factus ab Archipresbyteris dictorum Locorum, nonniſi poſt dictum annum, & litem motam evenire potuit, quando facili negotio iidem ab Acherontinis obligari poterant vi, & abuſu Juriſdictionis, in qua intruſi reperiebantur ob actum prædaneum, pluries recenſitum.. Et ſic a primo ad ultimum omnes recenſiti actus facti videntur lite jam mota, & conſequenter non ſpectant ad ſtatum antiquum Eccleſiæ Acherontinæ, qui adhuc firmandus eſt.

85. Tertia ſpecies Probationum ex dicto Summario emer-

emergit ex Teſtium depoſitionibus, qui omnes articulis, & interrogatoriis deponunt per ſaltum, & eorum nomina, cognomina, ætas, Patria, ſicuti Judex Commiſſarius, locus examinis, Dies, Menſis, & Annus prorſus deliteſcunt. Omnes tamen eorum depoſitiones non niſi ad quæ poſt motam litem evenerunt, ſe extendunt; quamplures ex ipſis Teſtibus firmare conantur Vicarium Acherontinum Juriſdictionem ſuper decem ſępe recenſitis Locis, & ambarum Diœceſum Perſonis Sede plena; Contrarium tamen luculentius evincitur ex Summariis Poſitionum S. Congregationis Epiſcoporum de anno 1706., & 1707. in Cauſa inter bo: me: Archiepiſcopū Brancacio, & Acherontinos Ponente f. rec. Cardinale Colorredo; quippe in ipſis productæ reperiuntur RR. Capitulorum, & Dominorum de Comunitatibus Laicalibus omnium Locorum ſuperioris, ut vocant, Diœceſis, quæ ad Acherontinam Eccleſiam ſpectare non inficiatur, juratæ atteſtationes, quibus eadem Loca, utramque Diœceſim expeditiones cujuſcumque generis Cauſarum, & reſcriptorum a Vicario Generali Materano petendo obtinuiſſe ab immemorabili ex traditione, & de ſcientia pro eorum tempore, & in omnibus, & per omnia ſub ejuſdem Vicarii Generalis, & Curiæ Materanæ juriſdictione extitiſſe juramento teſtantur eædem Eccleſiaſticæ, & Laicales Comunitates. Sub tali itidem Jurriſdictione Acherontinos ipſos per fere duo ſæcula uſque ad 1707. perſpicuum redditur ex pene infinitis Actis quarumcumque Cauſarum in eadem Curia Materana ab eiſdem peractis, quæ in Summariis enunciatis dictæ S. Congregationis continentur. Quibus omnibus concludenter probatum remanet, quod continuatis temporibus, uſque ad præſens, Curia Materana, ejuſque Vicarius Generalis in ambabus Diœceſibus jus dixit, & dicit; Vicarius vero Acherontinus ex determinatione dictæ S. Congregationis Epiſcoporum

de anno 1707. recenſito juriſdictionem exercet in ſola Civitate Acherontiæ. Alii plene inſtructi, & laureati in illa Univerſitate deponunt tamquam legiſperiti, citando Marinum Freccia Tract. de Subfeudis.

Exceptiones, nullitateſque, quibus hæc tertia Probationum ſpecies facili negotio retundi poteſt, cum ad noſtrum non pertineant inſtitutum, eas totumque per partes Summarium diſtinctius DD. Materanen. Cauſarum Patroni, cum opus fuerit, diligentiori, ſapientiorique diſcuſſione trutinandas aſſument; nam quamvis Ughellus pluries Chartularium in S. Rota commemorat exhibitum, illique pro quamplurium documentorum veritate inhæreat, ad Teſtium tamen, qui Summarii partem conſtituunt, ſpecifica dicta non deſcendit.

86. Quarta demum ſpecies probationum promanat ex quodam libro, quem tamquam veterrimum, & milleſimo antiquiorem venditant Acherontini, illiuſque particulas variis in locis ejuſdem *Summ. ſub num.* 43. *&* 44. diſperſerunt. Hic liber, ultra ea, quæ fuſius diximus §. 42., exceptionem habet libri privati, qui pro ſcribente non probat *Card. de Luc. de Judiciis diſc.* 30. *num.* 12. *&* 14., *& ſeqq.*, & *de Emption. diſc.* 44. *num.* 17. Multa inde, quæ addi poſſent miſſa facimus ne ulterius benigni Lectoris patientiam tam inculto gravemus ſermone; qui tamen nonniſi veritatem præſefert, ab ipſa itidem, quæ nos excitavit, noſtram erexit tenuitatem, roboravitque, tantum ornamenta ſuſcepiſſe gaudet.

LAUS DEO.

RE-

REGESTUM

DOCUMENTORUM,

Quæ hoc Opuſculum neceſſario requirit.

✠ INſpiciens Sortis felicis ic .... Mortis,
Cor Juvenum dira fatorum toſſicat ira
Sic primo flore Juvenis Martine decore
Dum tua vita nimis reddolet ſubmergitur imis.
Cum traheret fruſtra Lacheſis tibi bis duo luſtra
Atrobos hoc pulchro clauſit tua membra ſepulcro.
Tu decus, & munus Patriæ, Rectorque futurus
Si longa metas evi tua cerneret etas,
Sicque Regnorum proſternit Jura tuorum
Invida Fatorum Sors protrahit omen onorum
Quid genus, & Cenſus, Virtus, Sapientia, Senſus
Profuit? En fortis vinxit te juſſio mortis.
Metellana Polis de tanto funere prolis
Meſta per hoc digne, Sabbaot ſub arce benigne.
Sequitur legalitas in forma &c.

Num. 1. Epitaphiū langobar-- de Metropolis Materanen. muro inſculptum Materam appellans Metellam.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hyeruſalem &c. univerſis &c. tam præſentibus &c. ad quos &c. Fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Debet optimos quoſque Principes in eos maximè Subditos, beneficos, liberaleſque &c. quos in pace quietos, tranquillos, ſibique obedientes, in bello fideles, gratos, officioſoſque cognoverint. Sic enim, & ipſi commendabiliores evadunt, & ſubjectos ipſos quietiores &c. fideliores &c. officioſioreſque reddunt. Cum itaque *homines Univerſitaſque Materæ* ſubjecti noſtri amantiſſimi tales ſint, nobiſque cum antea ſemper, tum *in hoc periculoſiſſimo bello*, quod contra Nos inhuma-

Num. 2. Ferdinandus Rex Neapolis, commen-- dat promtum auxilium Materanenſiū in bello contra Turcas.

Ex Archivio Illuſtriſſimæ Communitatis Materan.

niſſimi Turci geſſerunt, preſto affuerunt, officioſiſſimique, *aut primi, aut certè cum primis opem, ſubſidium, auxiliumque tulerint*; Jure nos eos beneficiis, gratiis, honoribus, immunitatibus, & prerogativis proſequi, honeſtarique debemus. Quocirca cum nuper pro Univerſitatis ipſius parte Majeſtati Noſtræ præſentata fuerunt quædam Capitula tentoris &c. Sequuntur Capitula, & gratiæ conceſſæ. Poſt quorum &c. fuit Majeſtati Noſtræ humiliter ſupplicatum, ut dicta Capitula per noſtra Decreta confirmare &c., & in forma privilegii reduci facere benignius dignaremur. Nos verò &c. benignè annuentes &c. approbamus &c. noſtræque confirmationis &c. munime roboramus. Datum Baruli &c. die 11. Septembris 1431. Rex Ferdinandus — D. Vaxallus pro magno Camerario &c. Reg. &c. in reg. port: ſexto fol. 30. adeſt magnum Sigillum pendens, variæque ſubſcriptiones &c.

A. Leo X. commendat Materanenſes Carolo Regi Neapolis ob idem Sacrum bellum. *Ex eodem Archivio.*

Foris — Chariſſimo in Chriſto Filio noſtro Carolo Hiſpaniarum Regi Catholico — locus annuli Piſcat. — *Intus* — Leo Papa X. — Chariſſime in Chriſto Fili noſter ſalutem &c. Accepimus *Materanam Civitatem* Apuliæ &c. in ſinu Tarentino &c. poſitam ſub ditione tamen Regia perpetuo permanſiſſe; & licet illius Cives, & Regimen per aliquot annos elapſos in aliud Dominium alias devenerint, tamen Divina, ac Tua favente Clementia in priſtinum, ac Majeſtatis tuæ Dominium ſunt reſtituti; Cupiuntque magnopere in eodem ſtatu conſervari, & ut devoti, ac fideles Majeſtatis tuæ Catholicæ authoritate favorabiliter confirmari, & hac de cauſa dilectos filios Joannem Baptiſtam Salicetum, & Notarium Robertum de Agatha Concives &c. Nuntios deſtinarunt, Nobiſque humiliter ſupplicarunt, ut eoſdem ipſos Majeſtati tuæ per noſtras literas commendatos reddere dignaremur. Nos igitur eorum honeſtis precibus annuere volentes,

tes, præſertim quod *Civitatem prædictam contra Turcarum, & Piratarum Infidelium in illa ora impetus, atque incurſus facientium, & rebus & viribus ſuis ſemper obſtetiſſe fortiter.intelleximus*, eamdem Majeſtatem tuam hortamur in Domino &c. ut eiſdem Nuntiis Te facilem, benignumque præbere, eoſque voticompotes, hac noſtra accedente commendatione, gratioſe remittere velit. In quo rem, & tua Majeſtate dignam, & Nobis plurimum gratam faciet. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annul: Piſcat. Die 25. Julii 1518. – Pontificatus noſtri anno 6. – ſequuntur ſubſcriptiones, & legalitas &c.

B.

Privilegia ob idem bellum Joanna, & Carolus Reges Materanis elargiuntur. *Ex eodem Archivio.*

Nos Joanna, & Carolus Dei gratia Reges Caſtellę Aragonum &c. Archiduces Auſtriæ &c. Univerſis &c. Quo ampliora, & fideliora Subditorum in Reges &c. ſtudia fuerint, eo ipſorum Regum &c. in ipſos Subditos voluntas liberalior &c. eſſe debet &c. Itaque cum *Univerſitas, & homines fideliſſimæ Civitatis noſtræ Materæ* dicti Noſtri Siciliæ citra Farum Regni præcipua fidelitatis eorum erga Ser. Prædeceſſores noſtros Reges Aragonum, & Archiduces Auſtriæ in utriuſque fortunæ ſucceſſibus ſigna oſtenderint &c. æquum videtur, ut iis, quæ a nobis honeſta &c. petierint, exaudiri debeant &c. Item conſiderato fel: rec: Rex Ferdinandus Primus de Aragonia propter immenſa ſervitia S. M. præſtita *per Univerſitatem, & Homines dictæ Civitatis Materæ diverſis vicibus, & temporibus, & præcipuè in periculoſiſſimo Bello, quod inhumaniſſimi Turchi moverunt, & geſſerunt in Regno &c. dum per vim expugnaverunt, & ceperunt Civitatem Hydrunti, in quo bello Materani fuerunt primi, aut certe cum primis in præſtando opem ſubſidium, & auxilium &c.* Sequuntur Gratiæ, & Capitula cum Regio placet. Propterea Illuſtri Viceregi dicti noſtri Siciliæ citra Farum Regni &c. Magno Camerario &c. dici-

cimus, & diſtricte præcipiendo mandamus; quatenus &c. inviolabiliter præinſertas petitiones, & omnia, & ſingula &c. firmiter obſervent &c. & obſervari faciant inconcuſſe juxta ſeriem &c. abdicantes ab eiſdem Officialibus noſtris omnem poteſtatem contrarium faciendi, ac decernentes irritum &c. Datum in Civitate Barchinonæ die ultimo Menſis Aprilis &c. 1519. – Jo el Rey – ſequuntur ſubſcriptiones &c. in Privil: S. R. 114. &c.

Num. 3. Deſolatio Civitatis, & inopia Eccleſiæ Acherontinæ de 1199. *Ex Vghel. Tom.7.Ital. Sac.Col.34. lit. c.*

Innocentius Papa III. – Univerſis Suffraganeis &c. – Qnantum honoris & gratiæ Vobis &c. non enim in hoc, vel utilitatem noſtram, vel ipſius Archiepiſcopi commodum, ſed neceſſitatem Eccleſiæ veſtrę duximus potius attendendam &c. Intelligentes autem *neceſſitatem Eccleſiæ Acherontinæ*, *quæ communi* cum vicinis Eccleſiis gravatur excidio &c. redacta in ſolitudine, *& in diminutione converſa* &c. Subtrahentes non modicum neceſſitatibus noſtris, ut ipſius Eccleſiæ poſſemus neceſſitatibus ſubvenire &c. Datum Laterani 2. Kal. Auguſti 1199. &c.

Num. 4. Bulla S.Me. Xyſti IV. de anno 1471. S. Rota.

Status infelix Eccleſię, & Civit. Acherontię

Xyſtus Epiſcopus &c. Sane pro parte Dilectorum Filiorum Capituli Eccleſiæ Materanen.&c. Nec non Cleri, & Populi Civitatis, & *Diœceſis Materanen. &c.* quod licet olim Metropolitana Eccleſia Acherontina antiquis temporibus inſignis, bonis temporalibus, ut præfertur ſufficienter dotata, *Civitas vero Acherontina* Populoſa &c.; quia tamen poſtmodum ſiniſtris eventibus, & temporum &c. *Civitas ipſa ad magnam diminutionem devenit*, *ac Civibus deſtituta a paucis habitatur Perſonis*, dictaque Eccleſia Acherontina tectura pro magna parte, & prout ipſius decentiæ conveniret, Miniſtris carens, *deformi quodammodo ruinæ ſubjacere conſpiciatur*; pro ipſius detrimentis, & incommodis hujuſmodi ſublevandis, ut a pleriſque aſſeritur, & facti evidentia indicat, ne Archiepiſcopalis Dignitas hujuſmodi præmiſſorum oc-

Digitized by Google

occaſione vileſceret, & ipſius Archiepiſcopus, qui pro tempore eſſet ſtatum ſuum juxta Archiepiſcopalis Dignitatis exigentiam tenere poſſet, dictaque Materanen. Eccleſia ejus ſuffraganea, quæ, benedicente Altiſſimo, Populoſa, & bonis temporalibus ad hominum victum opportunis referta, Dignis quoque, & Venerabilibus Collegiatis, & aliis Eccleſiis, ac etiam Virorum, & Mulierum Monaſteriis pluribus inſignita eſt, eidem Acherontinen. *conjuncta, ſibique annexa, & e contra, ſeu invicem ambæ per unum Præſulem regendæ* impoſterum unitæ fuerunt, prout hodierno tempore per unum reguntur, & gubernantur, Antiſtitem, qui juxta quarumdam Apoſtolicarum literarum præſertim fel. rec. Eugenii Papę IV. Prædeceſſoris noſtri tenorem, Acherontinen., & Materanen. Archiepiſcopus nominatur, & ſtatum ſuum ex *fructibus, redditibus, & proventibus Menſæ ipſius Eccleſiæ Materanen.*, *quodammodo ſe ſubſtentat*; Cumque propterea &c. dignum cenſeri debeat, ut idem Archiepiſcopus Eccleſiam Materanen. prædictam, *a qua vitæ ſuſcipit nutrimenta* recognoſcere, ac honore debito proſequi teneatur; prout Ven. Frater noſter Henricus Archiepiſcopus Acherontinus ſe facturum pollicetur, pro parte Capituli, Cleri, & Populi prædictorum Nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut præmiſſis omnibus paterna conſideratione penſatis, utriuſque Eccleſiarum ſtatui, decentiæ, & honori proſpicere, & alias ſuper iis opportune providere dignaremur. Nos igitur &c. tenore præſentium ſtatuimus, & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris temporibus modernus, & qui pro tempore erit Acherontin., & Materanen. Archiepiſcopus, quoties in Acherontinen. Eccleſia, ſive ejus Diœceſi reſidentiam fecerit ſe Acherontinen., & Materanen. Archiepiſcopum, quando *vero in Materanen, ſive ejus Diæceſi* ipſum reſidere contingerit Materan., & Acherontin. Archiepiſcopum ſe nominare,. & in ſuis litteris appellare

Narratur ſtatus optimus Eccleſiæ, & magnificentia Civit. Materæ.

Unio fuit facta eque principaliter.

Cauſa unionis fuit egeſtas Acherontię.

Bulla ædita fuit referente Archiepiſcopo, qui mandata ſe executurum pollicitus fuit.

Enunciatur Mater. Diæceſ. & mandatur Archiepiſco-

pis, ut ſubſcriptiones, & denominationes ſuas a reſidentia regulent

teneatur, & debeat, & nihilominus eidem Materan. Eccleſiæ, ut omnibus, & ſingulis Privilegiis, Exemptionibus, Libertatibus, Immunitatibus, Indultis, & Gratiis per Sedem Apoſtolicam, aut Reges, ſeu Principes eidem Acherontinen. Eccleſiæ conceſſis uti, & gaudere valeat, eidem communia eſſe debeant in omnibus, & per omnia, acſi eidem Materanen. Eccleſiæ conceſſa forent, authoritate prædicta concedimus per præſentes. Non obſtantibus Conſtitutionibus &c. Apoſtolicis &c. nec non Eccleſiarum earumdem Statutis, & conſuetudinibus contrariis quibuſcumque. Nulli ergo omnino &c. Si quis autem &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno &c. 1471. 17. Kal Februarii, Pontificatus noſtri anno I.

Communicatio Privilegiorum.

Num. 5. Bulla Leonis X. revocatoria alterius ejuſdem Pontificis ab Acherontinis ſubreptę de ann. 1518 & Confirmatoria illius Xyſti IV favore Materanen. *Sac Rota*.

Leo Papa X. Ven. Fratri Andreæ Mattheo Archiepiſcopo Acheruntin., & Materano: Ven. Fr. ſalutem &c. Dudum fel. rec. Xyſtus P. IV. Prædeceſſor noſter provide conſiderans, quod alias Acherontin., quæ in Clero, Populo, facultatibus, & Divitiis admodum decreverat, & Materana Eccleſia, quæ Clero, & Populo, atque opibus, & rebus humano victui opportunis copioſa, & pluribus Inſigniis, & Collegiatis Eccleſiis, & utriuſque Sexus Religioſorum Cœnobiis abundabat, *invicem*, *ut altera alteri in honore*, & decenti earum Præſulis *mutuo* eſſent ſubſidio, Apoſtolica Authoritate *perpetuo unitæ fuerunt*, unuſque, & idem Antiſtes, qui a tempore piæ memoriæ Eugenii P. etiam IV. Prædeceſſoris noſtri, tunc ſe in Acherontinum, & Materanum Archiepiſcopum vocabat &c. Dignum judicans, ut earumdem Eccleſiarum Paſtor *Materanen. Eccleſiam a qua vitæ nutrimentum ſuſcipiebat* grato proſequeretur honore &c. authoritate præfata ſtatuit &c., quod ex tunc de cætero in perpetuum tunc, & pro tempore exiſtens Acherontin., & Materan Archiepiſcopus, quoties in Acherontina ſe Acherontin., & Materan., & quo-

Digitized by Google

& quoties in Materanen. Eccleſiis Civitatibus, & Diæceſibus reſideret Materan., & Acherontin. ſe nominare, & inſcribere teneretur. Nos vero ſuperioribus diebus *prædicta ignorantes cum recepiſſemus* dictam Eccleſiam Materanen. fuiſſe olim a fel. mem. Alexandro II. Pontifice, ſimiliter Prædeceſſore noſtro, præfatæ Eccleſiæ Acherontinæ in Suffraganeam conceſſa, & propterea minus decens videri, ut ipſius Antiſtes, qui ipſius ratione Epiſcopus erat, Archiepiſcopus vocaretur, confunderetur que ex eo Metropolitica Juriſdictio &c. ac Clero, & Populo dictæ Eccleſiæ Acherontinæ præjudicium inferretur, etiam ad obviandum ſcandalis &c. motu proprio &c. Tibi in virtute S. Obedientiæ, & ſub interdicti &c. pœnis eo ipſo, quo contrafeceris incurrendis, ne Te ex tunc alias, quam Archiepiſcopum Acherontin., & Epiſcopum Materanen. nominare, vel inſcribere, neve Juriſdictionem, vel Superioritatem aliquam in Clerum, & Populum *Civitatum, & Diæceſum prædictarum* niſi ſeparatim &c. expedire deberes per Te, aut Vicarios &c. directe, vel indirecte exercere quoquo modo præſumeres, decrevimuſque Clerum, & Populum dictarum *Civitatum, & Diæceſum* ad alias parendum tuis, vel Vicariorum &c. mandatis &c. nequaquam teneri, nulliſque præterea, vel Cenſuris &c. innodari poſſe &c. irritum, & inane &c. ſi ſecus &c., Et deinde Dilectis Filiis Capitulo, & ſingulis Canonicis &c. Civitatis Materanen., & aliis Perſonis ibi expreſſis, qui mandato noſtro &c. acquieſcere noluiſſe dicebantur, per alias noſtras Literas ſub excommunicationis ſententia &c. diſtricte præcepimus, ut dictis prioribus noſtris Literis &c. in omnibus obedirent &c. Cum autem ſicut Capitulum, & Canonici præfati &c. Dilectis Filiis noſtris Laurentio Sanctorum quatuor, & Dominico S. Bartholomæi in Inſula titulorum Presbyteris, quibus vivæ vocis oraculo commiſimus, ut de iis ſe diligenter informarent, & deinde nobis refer-

Pontifex fuit circumventus.

Committitur verificatio expoſitorum duo.

bus S.R.E. Cardinalib. ferrent, fidem legitime fecerunt, quod Statutum, & Ordinatio Xyſti Prædeceſſoris hujuſmodi effectum ſortita, & ab illorum editionis tempore citra uſque ad dictarum noſtrarum Literarum publicationem *Eccleſia*, *Civitas*, *Diœceſis Materanen. prædictæ* in eorumdem Statuti, & ordinationis poſſeſſione, vel quaſi fuerunt *pacifice*, *& quiete*, & per eoſdem Cardinales Nobis relatum fuerit honeſtum fuiſſe Civitatem Materan. &c. eis non vocatis, & Cauſa minime cognita, ſua poſſeſſione minime ſpoliari. Nos &c. dictas Litteras, & proceſſus habitos &c. & alia inde ſequuta quæcumque revocantes, caſſantes, & annullantes volumus, & Apoſtolica authoritate præfata decernimus, quod Tu, & pro tempore exiſtentes Archiepiſcopi Acherontinen.; & Mater. omne id, quod antequam Literæ noſtræ hujuſmodi a nobis emanaſſent, ſervare ſoliti fueratis, & fuerunt tui Prædeceſſores (ſine tamen præjudicio volentium agere ſuper ſubreptione Literarum Xyſti), interim, donec aliud &c. obſervare debeatis &c. vobis nihilominus in virtute S. Obedientiæ; & ſuper interdicti &c., ac ſuſpenſionis a regimine &c. utriuſque Eccleſiæ hujuſmodi pœnis eo ipſo &c. incurrendis, & quarum relaxationem nonniſi a Nobis &c., & in mortis articulo obtinere valeatis, diſtricte præcipiendo mandamus, quatenus voluntatem, & Decretum noſtrum hujuſmodi inviolabiliter obſervetis, & a Vicariis &c. ac aliis Subditis veſtris obſervare faciatis. Non obſtantibus præmiſſis &c., nec non omnibus illis, quæ idem Xyſtus Prædeceſſor in dd. Literis ſuis voluit non obſtare, cæteriſque contrariis quibuſcumque. Datum Romæ &c. die 26. Maji 1519. Pontificatus noſtri anno VII.

Relatio præ dictor. Cardinal. facta Pontifici.

Revocatoria.

Præcipitur obſervantia Bull. Xyſtinæ.

Sequitur intimatio ſupraſcriptarum Literarum facta judicialiter Andreæ Matthæo Archiepiſcopo Materanen., & Acherontin. ſub die 13. menſis Julii 1519.: Qui quidem R. D. Archiepiſcopus obtulit ſe promptum, & paratum ad obe-

Hæc Bulla fuit Archiepiſcopo intimata.

obediendum, & exequendum omnia contenta in prædictis Litteris. &c.

Subſequitur legalitas &c.

Num. 6. Numerus Canonicor. Acherontinorum adauctus ad duodecim ann. 1722.

Faccio fede con giuramento Io qui ſottoſcritto Ordinario Cancelliere di queſta Corte Arciveſcovile, e Metropolitana di Matera a chi &c. come avendo perquiſito accuratamente il Libro del Regiſtro, ove ſtan regiſtrate tutte le Bolle, e Poſſeſſi de' Decanati &c. Canonicati &c. Erezzioni &c. ed altro di Matera, e d'Acerenza, e delle Dioceſi chiamate di baſſo, e ſopra, rattrovo nel fogl. 206., & ſeq. regiſtrata una Bolla in data de' 18. Giugno 1722. ſottoſcritta dal fù Monſignor D. Antonio Maria Brancaccio Arciveſcovo di Matera, e d'Acerenza, con cui *detto Prelato nuovamente eriggè, ed inſtituì quattro Canonicati, con la Prebenda di Ducati otto &c.; Con che il Colleggio di Acerenza, che prima era compoſto di due Dignità, cioè Arcidiacono, e Cantore, ed otto Canonici*, al preſente è di dette due Dignità, e dodici Canonici in virtù di detta Bolla di Erezzione, come chiaramente appare &c. da detto libro &c., che ſi conſerva in queſt'Archivio, al quale &c. onde &c. Matera dalla Curia Arciveſcovile 20. Novembre 1730. Io D. Donato Gambetta Ordinario Cancelliere &c. atteſto &c. Locus Sigilli Archiepiſcopalis.

Sequitur recognitio, & legalitas &c.

Num. 7. Archiepiſcopus Lanfranchus de ann. 1667. ſtatum inopem Acherontiæ deſcribit *Ex Archivio S. Cong. Concil.*

Acherontina Civitas Antiquiſſima Lucaniæ Provinciæ, hodie Baſilicatæ &c. licet olim famoſa, ampla, & ſata Populo aſſeratur, hodie tamen anguſtiis ruentibuſque præcincta muris, paucos, hoſque pauperrimos alens Habitatores, propemodum deſolata conſpicitur, nec aſſertæ priſtinæ dignitatis monumentum aliquod retinet &c. Palatium Epiſcopale nullum, nec quod inhibi aliquando fuerit apparent veſtigia &c.

Sequitur legalitas &c.

A. Confirma-

Colla preſente facciamo piena, & indubitata fede Noi ſotti-

Digitized by Google

tur de Anno 1706. Ex Archivio S. Congreg. Epiſc.

ſottiſcritti Arciprete, Cantori, e Preti Capitolari di queſta Terra di Caſtel Mezzano Dioceſi di Monſignor Illuſtriſſimo, e Reverendiſſimo Arciveſcovo di Matera, e d'Acerenza, come detta *Città d'Acerenza &c.* ſituata ſopra una Montagna altiſſima di queſta Provincia di Baſilicata *abitata da poche perſone*, eſſendo di fuochi centocinquanta in circa, le caſe ſono la maggior parte caſcate, e rovinate dal tempo, come ſcarſa di Cittadini, e molti ſono poveri, e miſerabili. Il ſuo ſito è freddiſſimo in ogni tempo,venendo dominata da tutti i Venti &c. *Non vi è Palazzo Arciveſcovale, nè vi è veſtiggio, che vi ſia ſtato da più Secoli*, non vi ſono Carceri per li Eccleſiaſtici, e quando ſuccede &c. ſi ſerve di una Camera oſcura ſita dentro il Campanile &c., ove poſto l' Inquiſito, è viſitato dal ſolo Carceriere, alla corteſia del quale ſta provederlo di pane, ed acqua, e rare volte vino, *non eſſendoci da comprare in detto luogo altre robbe commeſtibili, con una Beccaria*, che rare volte vende Carne, nè altre coſe, che biſognan al vitto umano, eccetto che un ſol Bottegaro, *che vende oglio, ed alcune volte lattacini*. Non vi ſono perſone Curiali &c. Il Clero di detta Città conſiſte in 25. *Preti* in circa, fra' quali ſi numerano l'Archidiacono, Cantore, ed otto Canonici &c.; onde &c. In Caſtel Mezzano 20. Gennaro 1706. — Io D. Franceſco Campagna Arciprete faccio fede &c. — Sequuntur aliæ duodecim ſubſcriptiones — recognitio manuum, & legalitas &c. — Idem fatentur plurimæ Communitates, prout ex Poſitionibus Anni 1706., & 1707. — in Cauſa inter bo: me: Archiepiſcopum Brancaccio, & Acherontinos a Sacra Congregatione Epiſcoporum diſcuſſa Ponente bo: me: Cardinali Colorredo.

Antiquus numerus Canonicorum Acherout.

A.

Inopia Acheerontiæ de anno 1733. *Habetur authent.*

In Dei nomine Amen. Die 10. Septembris 1733. — In Terra Oppidi &c. Regnante &c. Conſtituti &c. Nicola Gigante, Domenico Zingaro, Carlo Borelli, &c. della Terra-

ra-

ra d'Oppido &c. , li quali &c. non per forza &c. , ma per ogni miglior via &c. con giuramento tactis &c. atteſtano, come ſanno, e ſi ricordano beniſſimo coll'occaſione, che nel meſe di Giugno del corrente Anno 1733. ſi portò nella *Città d' Acerenza* il Regio Conſiglier Sig. D. Coſtantino Grimaldi, con altri Subalterni per l'apprezzo &c. , ove dimorò alcuni giorni, e ſtante vi mancava il vitto per ſe, e ſuoi ſervitori, fu aſtretto mandare dd. ſuoi ſervitori *a comprare qualche poco di grano in queſta Terra d'Oppido* diſtante da quella Città quattro miglia , a cauſa , che detta *Città è miſerabile , e quaſi niente commodità ſi ritrova* , di modo che nel mentre detti Atteſtanti ſi ſono portati nella Feſtività del Glorioſo S. Canio , non hanno poſſuto avere nè meno un poco di acqua , e queſto &c. con giuramento hanno atteſtato &c. , e promettono ſempre &c. aver per rato &c. Unde &c. præſentibus &c. - Sequitur legalitas &c.

In nomine Domini &c. 1065. &c. Ego Stephanus miſericordia Domini *Epiſcopus S. Sedis Materienſis Eccleſiæ* una cum conſenſu Clericorum noſtrorum &c. conceſſi , & confirmavi &c. Donationem Eccleſiæ S. Dei Genetricis Mariæ , quam Gualterius &c. Comite Civitatis Vetere Montis dederunt &c. Monaſterio S. Michaelis Archangeli in manibus Stephani Abbatis &c. , & ſuis Fratribus , quatenus &c. ut ipſam ædificarem in honorem prædictæ S. Dei Genitricis Mariæ , vobis &c. integram præfatam Eccleſiam &c. conceſſi &c. ut a modo &c. omni futuro tempore ſit in veſtro dominio &c. ſine omni mea requiſitione , meiſque Succeſſoribus , quoniam nullum cenſum &c. reliquimus ad exigendum &c. Succeſſoribus in prædicto noſtro Epiſcopio , ſed omni tempore libera &c. permaneat ſine omni conditione noſtra , noſtrique Epiſcopii &c. ; ita ut licentia ſit in vobis in ea omnem Ordinem Eccleſiaſticum facere , ſcilicet *Parochiam habere* , *mortuos ſepelire* , *Fontem* , & *Cereum benedi-*

Num. 8. Stephanus Epiſcopus Materan. Juriſdictionem exercet in Monte Caveolo anno 1065. *S. Rot.*

ce-

cere, *&* *poteſtatem baptizandi*, *pænitentiam dare*, & omnem Ordinem Eccleſiaſticum facere, ſicut conſuetudo eſt Servis Chriſti in Eccleſiis facere &c. firma &c., in perpetuum &c. Stephanus, qui ſupra gratia *Domini Epiſcopus S. Eccleſiæ Materinſis* — Archipresbyter, qui ſupra Folius S. Materienſis Eccclesiæ, &c.

A. Pacifica poſſeſſio vigore ſupra-poſitæ donationis Epiſcopi Materani. *S. Rota.*

Noi Abate D. Angelo Tutti dell'Ordine Caſſinenſe di queſto Real Monaſtero di S. Angelo di Monteſcaglioſo teſtificamo, come detto Monaſtero da tempo antichiſſimo, ſenza eſſerci memorie d' Uomini in contrario, ſi trova nella pacifica poſſeſſione della Chieſa di S. Maria ſita dentro la Città di *Monte Scaglioſo Dioceſi di Matera* donatale da Gualterio &c. quale donazione fu confermata nell'Anno 1065. *dal fu Stefano Veſcovo*, come da Scrittura in pergamo, che originale ſi conſerva nell'Archivio di detto Real Monaſtero appare, alla quale &c. in virtù della qual donazione, e confermazione è ſtata, ed è eſente dalla Giuridizione dell'Ordinario, quale eſenzione ha ſempre goduto, e gode pacificamente, attualmente, che ſiamo Abate di detto Monaſtero, come è ſtato dalli Predeceſſori, e così ſi è inteſo ſempre dalli PP. vecchi di detto Monaſtero, ed in fede &c. Monte Scaglioſo 5. Ottobre 1695. Io D. Angelo &c.

Num. 9. Benedictus Epiſcopus Materanus confirmat donationē Caſalis de Cornu tam quam de ſua Diæceſi anno 1078. *Ex S. Rota.*

In nomine &c. ab Incarnatione &c. 1708. Menſe Octobris &c. notum ſit &c., quod ego Unfridus Normannorum genere ortus Comes *Montis Scabioſi* Eccleſiam Sanctæ Mariæ Virginis, cum *Caſale de Cornù &c.* cum omnibus pertinentiis &c. dedi, & obtuli S. Michaeli de Civitate Veteris Montis Caveoſi annuente *Epiſcopo Benedicto de Civitate M.* cum Clericis ſuis, in cujus Diæceſi conſtat, & annuente Epiſcopo Roberto Epiſcopo Tricaricaricen., qui propriis manibus ſuis Eccleſiam ſacravit, ac etiam, & Tibi Abbati S. Michaelis Simeoni nomine, atque Monachis omni-

nibus, eorumque Succeſſoribus tradidi, quod &c., & ideo hanc cartam ſcribere feci &c., in qua etiam propria mea manu ſignum S. Crucis ſubſcripſi &c. R. Epiſcopus – Benedictus Epiſcopus – ✠ Signum manus Unfredi Senior. de Monte Caveoſo &c.

N. 10. Executio Brevis Xyſti V. ſuper pertinentia ejuſdem Caſalis enunciati Materanæ Diæceſis. *Ex S. Rota.*

Joannes Baptiſta Santonius Dei &c. Epiſcopus Tricaricen. &c. in Cauſa, & Cauſis infraſcriptis Judex Commiſſarius a SS. D. N. Xyſto Div.Prov. Papa V. in locum *olim Archiepiſcopi Materanen.* prædefuncti ſpecialiter deputatus: Univerſis &c. Noveritis &c.. pro parte &c. Ven: Abbatis, & Monachorum Monaſterii S. Angeli de *Montecaveoſo* Ordinis S. Benedicti &c. quoddam Commiſſionale Breve prælibati SS. D. N. Papæ in Pergameno &c. quandam Commiſſionis Papiri Cedulam &c. continens &c. ſub Datum Romæ &c. præſentatum fuiſſe &c. non raſum &c. quod ea qua decet &c. uno cum Regio Exequatur recepimus &c. tenor &c. – Ven: Fratri Epiſcopo Tricaricen. &c. Xyſtus Papa V. – Ven: Fratri &c. mittimus Fraternitati Tuæ ſupplicationem &c., ac Tibi committimus &c. ut vocatis vocandis ad illius executionem procedas &c. Datum Romæ apud S. Petrum &c. Die 9. Decembris 1588. &c. Tenor Commiſſionis &c. – Beatiſſime Pater. – Quamvis *Tenimentum de Corno nuncupatum Materanen. Diœceſis* ad Monaſterium S. Angeli de *Montecaveoſo &c.* juſte &c. ſpectavit &c., & ſuper dicto Tenimento non debeat &c.perturbari &c., nihilominus a certo tempore R. D. Archiepiſcopus Tarentinus &c. certam partem &c. de facto occupare attentavit &c., & committatur Archiepiſcopo Materanen., ſive ejus Vicario Generali. Conceſſum – Joannes Baptiſta Cardinalis Caſtruccius.. Datum Romæ &c. 4. Kal. Julii 1588. – Tenor Regii Exequatur – Illuſtriſſimo, ed Eccellentiſſimo Signore – Per parte del Venerab. di S. Angelo di *Monte Scaglioſo*, ſi fa intendere a

Caſale de Cornu confirmatur eſ-

ſe de Diæceſi Materana. V. E., come ha ottenuto da Sua Beatitudine Breve di una Commiſſione di Cauſa tiene col R. di Taranto, ſopra la differenza di un Territorio ſito nella *Dioceſi di Matera*, nel qual Breve ſi ſupplica l'E. V. reſti ſervita &c. — Exequatur &c. 22. Decembris 1588. — Tagliavia Regens &c. Nos igitur attendentes &c. In quorum &c. Datum in Terra Montis Albani noſtræ Tricaricen. Diæceſis &c. 1589. Die 3. Februarii &c. - Jo: Baptiſta Epiſcopus Tricaricen. Commiſſarius Apoſtolicus &c. — Adeſt Sigillum &c.

N. 11. R. P. D. Gyptio — Materanen. Juriſdictionis — Lunæ 29. Aprilis 1596. — Una tantum parte informante concluſum fuit *Eccleſiam Materan. habere Diæceſim diſtinctam*, & ſeparatam ab Eccleſia, & Diœceſi Acherontina, quoniam ex Bullis, & Juribus, quorum Summarium circumfertur, conſtat ante unionem de prædicta Eccleſia factam Metropolitanæ Acherontinæ, eam habuiſſe Diœceſim propriam, & diſtinctam, ut deprehenditur tum ex eo, quod Stephanus Epiſcopus *Materan. de Anno* 1065. *confirmavit* donationem unius Eccleſiæ factam cuidam Monaſterio cum facultate retinendi Parochiam, Sepulturam, & alia jura Parochiæ, ut in *Sum. num.* 11., quæ omnia cum ſint ex lege Juriſdictionis Epiſcopi ad notat. in *Cap. Cum quærenti cap. Dilectus de Offic. Ordinar.*, ſatis denotant diſtinctionem dictæ Diæceſis. Tum etiam quia Eugenius IV. enunciat hujuſmodi unionem; privatio enim præſupponit habitum *L. Manumiſſionis de Juſt.*, & *Jur.*, *L. decem* §. *decem de Verbor. obligat. in vulg.*

1. Deciſio favore Eccleſiæ Materan. *Ex Mantiſ. ad ornat. Card. de Luc. vol. 3. l. 3. Deciſ.* 11.

Approbatur donatio Stephani Epiſcopi Mater. de anno 1065.

Nec refragatur, quod unica enunciatio Papæ, etiam in antiquis, in præjudicium Tertii non obſtat, maxime quando de veritate enunciati principaliter agitur, quia præter id, quod facit ſaltem præſumptionem *Aymon de antiqu. temp. par.* 1. *num.* 57. *cum pluribus ſequent.*, & voluerunt DD.

in

in una Aſculana fructuum 5. Maii 1581. coram bo: me: Cantuccio; Nos ſumus extra omnem difficultatem, cum adſint aliæ enunciativę antiquę maxime Xyſti IV. anni 1471. ibi - *Pro parte Dilect. Fil. &c. Civit., & Diæc. Mater.*, ut in *Sum. num.* 2., quia duæ enunciativæ a diverſis perſonis emanatæ in antiquis plene probant *Achill. Dec.* 6. *de Jure patron.*; quam Rota ſequuta eſt apud D. Epiſcopum Oriolen. in una Tricaricen. Tenimenti 21. Februarii 1578.

Ex Bulla Xyſti IV. anni 1471. Materan. Diæceſis comprobatur.

Coadjuvantur prædicta ex ſimili enunciatione in Literis Leonis X. in *Sum. num.* 3., & ex pluribus expeditionibus a diverſis Pontificibus obtentis in *dicto Sum. num.* 5. His accedat quædam deputatio ad gubernium Civitatis, & Diæceſis Materanen. de anno 1440. in *Sum. num.* 4., quę omnia demonſtrant ita ſemper obſervatum fuiſſe.

Neque per dictam unionem Eccleſia Materan. aliquid de ſuis Juribus amiſit, quoniam ex his, quæ deducuntur viſum fuit DD. iſtas Eccleſias fuiſſe *adinvicem æque principaliter unitas*, quo fit, ut quælibet ipſarum cenſeatur remanſiſſe in ſuo ſtatu, & honore, quamvis ambæ Eccleſiæ ſubeſſent, & regerentur ab uno ſolo Epiſcopo *Cap. & temporis qualitas, & ibi Scribent.* poſt Gloſſ. in *Verb. venire* 16. *q. p.* quod autem unio facta fuerit æque principaliter, & non acceſſorie dicebatur, aliud in contrarium non apparente, colligi ex conjecturis juxta *Conſ. Ancharan.* 114. *num.* 3. *verſ.* 3. *Caſu*, & tenuit *Rota apud Illuſtriſſimum Blanchettum in una Tiraſonen annexionis* 17. *Junii* 1591. præſertim ex qualitate Eccleſiarum cum utraque haberet Epiſcopum, & Diæceſim, & Dignitate, & Honore eſſent pares *Abbas in Cap. extirpandæ* §. *quæ vero de præben.*, *Rebuff. in Prax. tit. de union. num.* 20.; & bene ſuadetur, ex quo ſtante unione Archiepiſcopus debebat in omnibus actibus facien. primo loco nominari, ac deſcribi Archiepiſcopus illius Loci,

Eccleſiarum Materan. & Acheront. unio fuit æque principalis.

in quo tunc temporis degeret, ut determinatur in Bulla Xyſti IV.; nam ſi ipſe commoraretur in Civitate, vel Diæceſi Materan., tunc appellaretur Archiepiſcopus Materan. & Acheront., & è contra; quandoquidem nominatio debet fieri a potentiori, & dignori *L. item quæritur de Stat. hom.*; *L.* 1., & 2. *de Albo ſcribend.*, *Rebuff. ubi ſupra num.* 16.

A.

2. Deciſio pro Eccleſia Mater. *Ex Mantiſ. Card. de Luc. d. vol 3. l. 3. Dec. 12.*

Eadem coram eodem — Veneris 14. Martii 1597. Circumſcriptis Juribus, quæ non ſunt in forma probanti DD. cenſuerunt non eſſe recedendum a deciſis, ex rationibus in ea adductis, quibus non refragantur in contrarium pro Capitulo Acherontin. adducta. Nam ſi attendenda eſſet Epiſtola Innocentii III. data anno 1200. in *Sum. Capituli num.* 1. ſequeretur, quod nec hodie dici poſſet Materam habere Epiſcopatum, quod eſt falſum, ut patet ex Bullis Xiſti IV., & Leonis X., & ex aliis in Deciſ. ponderatis, & hoc ex adverſo non negatur. Bulla Eugenii IV. edita tantum committit Cauſam Epiſcopo Tricaricen.; ſed quid inde fuerit ſequutum non apparet; quinimo ex alia Bulla ejuſdem Pontificis de anno 1444. ſuadetur contrarium, cum ibi dicatur. *Eccleſias Acherontin.*, & *Materan. invicem canonice unitas eſſe*; & ita præſumendum videtur ex Juribus pro Matera productis, ut dictum fuit in Deciſione. Bulla Xyſti IV. anno 1471. in *Sum. num.* 6. ſatis probat Materam fuiſſe erectam in Cathedralem; his accedat, quod narratis in dictis Bullis, alio non apparente ſtandum non eſt, cum emanaverint ad petitionem partis de Commun. *Alex. Conſ.* 212. *num.* 2., & 5. *libr.* 7. quem ſequuta eſt Rota apud bo: me: Epiſcopum Lauretan. in una *Regien. Hoſpitii* 3. *Octobris* 1583. Non eſt etiam omittendum, quod prædicta, & alia, quæ per Acherontinos in medium allata fuere parum ad dubium facere videntur, cum ſolum quæratur an Matera habeat Diæceſim ſeparatam, & non an ſit Epiſcopali Digni-

Refutatur Bulla Eugenii IV. de anno 1399. data Epiſcopo Tricaricen.

ta-

tate decorata. Quantum vero ſe extendat dicta Diæceſis erit particulariter diſcutiendum.

R. P. D. Gyptio – Materanen. Juriſdictionis Mercurii 4. Julii 1597. – Præſuppoſita Deciſione in hac Cauſa facta, quod Civitas Materæ, & ejus Epiſcopatus habeat Diæceſim propriam, & ſeparatam a Diæceſi Acherontina dubitatum fuit, quantum illa ſe extendat; DD. dicta die, utraque Parte informante, in eam iverunt ſententiam *Oppida decem, de quibus nunc agitur eſſe de Diæceſi Materana*, dictamque Diæceſim pervenire uſque ad Mare, prædictaque Oppida ſic nuncupantur *Monſcaveoſus, Genuſium, Latertia, Fernaldum, Turris Maris, Piſlicium, Uggiano, alias Ferandina, Pomaricum, Milionicum, & Grottola*. Moti fuerunt, quoniam præter id, quod dicta Oppida ſunt admodum propinqua Materæ, & diſtant a Civitate Acherontiæ per 30. 40. 50. milliaria, & ultra; unde fit veriſimile ea magis pertinere ad Materan., quam Acherontin. Diæceſim, cum propter faciliorem Sacramentorum adminiſtrationem, & utilitatem Populorum diviſiones hujuſmodi inventæ fuerunt *Cap. præcipimus, & ibi Bellamer., & Turrecrem. 16. q. 1. cap. nulli ubi Gloſſ. 97. diſt.* Et prædicta coadjuvantur pluribus Scripturis, & primo ex verbis enunciativis, de quibus in Capitulis factis inter Materan., & Acheront., in quibus dicta Loca de Diæceſi Materana enunciantur, ut in *Sum. num.* 3. Verba enim enunciativa in antiquis ultra centum annos probant *Ægid. Deciſ. 70. cum vulgatis*.

B. 3. Deciſio favore Materan. *Part.* 4. *diverſ. Dec.* 797.

Extenſio Diæceſis Materanæ ad decem Loca, quæ enumerantur.

Capitula ab Arciep. ſubſcripta.

Secundo ex Inſtrumento confirmationis donationis, & exemptionis cujuſdam Eccleſiæ poſitæ in Montecaveoſo cum Animarum cura per Epiſcopum Materanum de anno 1065.; quod facere minime potuiſſet, niſi locus fuiſſet de ejus Diæceſi, quia hoc eſt de Juriſdictione Epiſcopi *Cap. Cum querenti, & ibi DD. de off. Ord.*; & in hac materia antiquiſſima

Actus Stephani Epiſcopi Materani de anno 1065.

ma hoc pacto ſatis probatur ſubjectio, *Abb. conſ. 62. n. 18. Brun. Conſ. 34. num. 6.*

Fxactio decimarum anni 1524. Tertio ex Taxa decimarum facta per Sedem Apoſtolicam de anno 1524. ubi dicta Loca deſcribuntur in Diæceſi Materana, & ab illis ita fuerunt exactæ, per quod etiam ſubjectio probatur *L. 1. ubi Bald. de vet. lib., Alex. Conſ. 166. n. 2. lib. 2. Socc. Conſ. 187. n. 15. lib. 2.*

Magna Congeries Jurium a Materanis legaliter productorum. Quarto. Coadjuvantur ex aliis enunciativis verbis contentis in nonnullis Literis Apoſtolicis, & Archiepiſcoporum, *quas referre nimis laborioſum eſſet*. Et propterea fuit viſum DD. ſufficere in hac materia antiquiſſima, in qua leviores probationes ſufficiunt. *L. Cenſus de pactis cap. olim de Cenſibus, Aym. de antiq temp. p. 1. §. fin. num. 30. & ſeqq*, & præſertim quia agitur de modico præjudicio *Cap. cum apoſt. de his, quæ fiunt a Præl., Abb., & Fel. in Cap. cum Cauſa de probat.*

N. 12. Bulla Fratris Getilis ex *Vghello Col. 44. l. B. T. 7. It. Sac.*

Nos Frater Gentilis Adminiſtrator Eccleſiæ Acherontinæ notum facimus &c. quod in noſtræ Matricis Eccleſiæ Acherontinæ privilegiis antiquis in die Aſſumptionis B. Virginis &c. in cujus &c. Eccleſia &c. eſt fundata &c. Epiſcopi Suffraganei ipſius Eccleſiæ &c. nec non inferiores aliæ Dignitates ipſam Eccleſiam debeant viſitare &c. Quidam vero Archiepiſcopus devotus S. Canionis commutavit dictam viſitationem de die Aſſumptionis &c. in diem S. Canionis &c. dictis Suffraganeis, & Prælatis acceptantibus &c. Nos vero &c. præſentibus DD. Epiſcopis Suffraganeis *Gravinen., Potentinen., Venuſinen., Anglonen., & Tricaricen. &c.*, ac de conſenſu &c. Abbatum noſtræ Acherontinæ Eccleſiæ ſubjectorum &c. necnon Archidiaconi &c. viſitationem prædictam de die B: Canionis in diem Nativitatis Virginis Mariæ commutamus &c. omnibus prædictis laudantibus. Datum apud Acherontiam anno 1302. Pontif. Bonif. PP. VIII.

an-

Digitized by Google

anno ejus IX. — Nos Marcus Epiſcopus Anglonen. — Nos Jacobus Epiſcopus Gravinen. — Nos Guido Epiſcopus Venuſinus — Nos Fr. Leo Abbas Monaſterii de Montecaveoſo — Nos Fr. Petrus Abbas Monaſterii de Ogiano. N. 13.

Admniſtratio Eccles., & Diæceſis Materanen. committitur Epiſcopo Motulen. *S. Rota.*

Eugenius Epiſcopus &c. Ven: Fratri Petro Epiſcopo Motulen. Eccleſiæ Materaten. in ſpiritualibus &c. Gubernatori per Sedem Apoſtolicam Deputato ſalutem &c. Apoſtolatus officium &c. expoſcit, ut his, quæ ad Eccleſiarum omnium ſtatum &c. expedire cognoſcimus favorabiliter annuamus. Exhibita ſiquidem nobis pro parte Dilecti Filii nobilis viri Joannis Antonii de Urſinis de Baucio Principis Tarenti petitionis ſeries continebat, quod licet Eccleſia Materan., alias per Sedem Apoſtolicam Metropolitanæ Acherontinen. Eccleſiæ unita, & annexa fuerit, tamen quia Perſona Ven: Fratris Manfredi Archiepiſcopi Acherontini ex juſtis, & rationabilibus cauſis ſibi ſuſpecta eſſe multorum gravium virorum teſtimonio dignoſcitur, & præſertim his temporibus, quibus Regnum noſtrum Siciliæ bellorum turbinibus undique agitatur, non poteſt tolerare, ut idem Archiepiſcopus ſuper dicta Materanen. Eccleſia Paſtoralem Curam gerat, cum ſine magna ſui ſtatus ſuſpicione curam hujuſmodi habere non poſſet; quare pro parte dicti Principis nobis fuit humiliter ſupplicatum, *ne prædicta Materan. Eccleſia, ejuſque Diæceſis &c.* detrimentum patiatur, & ſtatui ſuo etiam provideatur, ad gubernationem prædictæ Eccleſiæ aliquam Perſonam idoneam &c. deputare dignaremur. Nos igitur Fraternitati tuæ &c. committimus &c. *quatenus Eccleſiam, & Diæceſim prædictas*, ac populum, qui ſuæ Juriſdictionis eſſe dignoſcitur tam in Spiritualibus &c. uſque ad noſtrum beneplacitum regas &c. fructus &c. ipſi *Eccleſiæ, & Diæceſi Materan. debitos &c.* percipias &c. Et ſi propter curam, & regimen Eccleſiæ Motulan., aut Tarentin., in qua

Diæceſis Materana pluries enunciatur.

Facultas ſubſtituendi aliam perſonam etiam Regularem.

Digitized by Google

qua pro Ven: &c. S. R. E. Presbytero Cardinali, & Archiepiſcopo Tarentin. Vicarius exiſtiſtis, dictæ Eccleſiæ Materan. commode vacare non poteris, aliquam Perſonam &c. etiam Religioſam &c. etiam Mendicantium &c. prædictæ Eccleſiæ Materan. deputandi plenam harum ſerie concedimus facultatem &c. mandantes Dilectis Filiis, Canonicis, & Capitulo, & Populo, ac omnibus, & ſingulis Civibus dictæ *Materanen. Eccleſiæ, & ſuæ Diæceſis Inculis &c.*, quatenus Tibi &c. pareant &c. Datum Florentiæ Anno Domini 1440. pridie Nonas Julii Pontificatus &c. Anno X.

N. 14. Petrus Dei &c. Epiſcopus Motulan. &c. *Materanen. Eccleſiæ, & ipſius Diæceſis &c.* Gubernator, & Adminiſtrator &c. Dilecto nobis &c. Ven. Fratri Madio de Hydrunto Ordinis Fratrum Minorum Provinciæ Apuliæ Miniſtro Provinciali &c. Cum igitur quaſdam pridie &c. receperimus Apoſtolicas Literas Nobis per Sanctiſſimum in Chriſto Patrem &c. Eugenium Divina Providentia Papam IV. &c. tenoris &c. Eugenius &c. ***ut ſupra***. Cupiamus omni, qua valemus diligentiſſima executione Apoſtolicis &c. obedire mandatis, Te, de cujus vita laudabili &c. plurimum confiſi, Teque &c. in dicta *Eccleſia Materanen.*, *& ejus Diæceſi*, cum plena ſupradicti Domini Noſtri Summi Pontificis &c. Rectorem, Gubernatorem, & Adminiſtratorem &c. conſtituimus, ordinamus &c. Datum Tarenti in Domo &c. die 10. Menſis Septembris anno &c. 1440.

Subſtitutio Eccleſię Materan. ab Epiſcopo Motul. data Fr. Madio de Hydrunto. *Ex S. Rota.*

N. 15. Eugenius Epiſcopus &c. Dilectis Filiis univerſis Vaſſallis *Latertiæ*, *Genuſii*, *Pomarici*, *Montiſcaveoſi*, *Milionici Grottularum*, *Oggiani*, *& Piſticii TERRARUM ECCLESIÆ MATERAN.* Salutem &c. Regimini &c. Ven. Fratri noſtro Petro Epiſcopo Motulan. commiſimus &c. ut Eccleſiam Materanen. &c. regeret, & gubernaret; Quod ſi propter curam &c. Eccleſiæ Motulan. &c. commode facere non poſ-

Eugenius IV. confirmat ſubrogationem Fr. Madii, & enumerat Oppida Matera-

poſſet, aliquam Perſonam idoneam &c. ad regimen ipſius Materan. Eccleſiæ deputaret &c. cujus facultatis vigore &c. Dilecto Filio Madio de Hydrunto Ordinis &c. prædictæ Eccleſiæ Materan. in ſpiritualibus, & temporalibus Adminiſtratori &c: adminiſtrationem ipſius Materan Eccleſiæ &c. commiſit &c. prout tam in noſtris, quam ipſius Epiſcopi Literis plenius continetur. Nos igitur, qui de fide dignis perſonis informati fuimus, quod dictus Madius in regimine &c. ipſius Materan: Eccleſiæ laudabiliter ſe præbuit, commiſſionem hujuſmodi ratam habentes &c., eam, & omnia inde ſecuta authoritate Apoſtolica, aliarum noſtrarum ſerie Litterarum approbavimus, atque confirmavimus. Quo circa &c. univerſitati veſtræ &c. mandamus quatenus eumdem Madium Adminiſtratorem ſuſcipientes &c. devote &c. proſequentes &c. Jura ſibi a vobis debita exhibere integre ſtudeatis, alioquin ſententiam &c. in rebelles ratam habebimus &c. Datum Florentiæ &c. 1442. 3. nonas Decembris &c.

næ Diœceſis. *Ex S. Rota.*

N. 16. Mortuo Manfrdo revocatur adminiſtratio P. Madii Novi Archiepiſcopi promotione.

Eugenius Epiſcopus &c. Et Apoſtolicis ſervitiis libenter ea complectimur &c. Ad Eccleſias Cathedrales, & Metropolitanas providere debemus opportune. Hodie ſiquidem Marinum olim Epiſcopum Fundanum &c. in Archiepiſcopum electum, ipſum ad Acherontin., & Materan. Eccleſias invicem unitas, tranſtulimus. Cumque nos alias Dilectum Filium *Madium de Hydrunto* Ordinis Minorum Adminiſtratorem Eccleſiæ Materan. per alias noſtras Literas duxerimus deputandum &c. Nos certis ſuadentibus rationibus &c. deputationem ipſam revocamus &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno incarnationis 1444. pridie Non. Septembris Pont. noſtri an. 14.

A. Bullæ Promotionis Archiepiſcopi Mari-

Eugenius Epiſcopus &c Dilectis Filiis Populo *Civitatis, & Diœceſi Materan.* ſalutem &c. Romani Pontificis &c. Dudum ſiquidem bon. mem. Manfredo Regimine Acherontin., & Materan. invicem canonice unitarum Eccleſiarum Præſi-

O dente

ni de Paulis. *Ex S. Rota*. dente &c. Nos cupientes eiſdem Eccleſiis &c. idoneam præſidere perſonam &c. poſtmodum vero præfatis Eccleſiis per obitum ipſius Manfredi Archiepiſcopi &c. Demum ad Ven. Fratrem Marinum Epiſcopum olim fundanum in Archiepiſcopum Acherontinum, & Materanum electum &c. ipſum ad eaſdem unitas Eccleſias Apoſtolica authoritate tranſtulimus &c. quo circa univerſitatem veſtram rogamus &c. quatenus eumdem electum, tamquam Patrem &c. admittentes &c. exhibeatis eidem obedientiam debitam &c. Datum Romæ apud S. Petrum anno &c. 1444. Pridie nonas Septembris Pontificatus, anno 14.

N. 17. Bulla ab Acherontinis ſubrepta a Leone X. quæ fuit revocata. *Ex Ughello T. 7. It. Sac. Col. 57. l. B.*

Leo X. &c. Dilecto Filio Andreæ Matthæo &c. nuper Acherontina, & Materana Eccleſiis invicem unitis &c. attendentes præfatam Eccleſiam *Materanam* olim Eccleſiæ *Acherontinæ Suffraganeam per Alexandrum II. &c.* aſſignatam fuiſſe &c. & tempore Xyſti IV. &c. itaut dum idem Vincentius in Acherontina Civitate, & Diæceſi reſideret Acherontin., & Materan., dum vero *in Materanen. Civitate, & Diæceſi, Materanen.*, & Acheront. Archiepiſcopum appellari debere proviſum fuiſſe &c. Eccleſiam Materanam &c. licet unitam &c., non tamen Metropolitanam cenſeri &c., ac volentes ne Populus, & Clerus Acherontinus inde gravetur &c. motu proprio &c. ſtatuimus &c. ne de cætero &c. alias, quam Archiepiſcopus Acherontinus, & Epiſcopus Materanus nominari, ſeu inſcribere habeas &c. ac juriſdictionem &c. in Clerum &c. *Civitatum prædictarum, & Diæceſium &c.* niſi ſeparatim &c., & in his, quæ Jure Metropolitico ſpectant in Civitate, & Diçceſi Archeruntina dumtaxat ingerere debeas &c. decernentes Clerum, & Populum vtriuſque Civitatis &c. ad parendum alias tuis, aut Vicariorum mandatis &c. minime teneri. Datum Romæ &c. Die 11. Novembris 1518. Pontificatus &c. anno 6.

Fer-

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Jeruſalem, & Ungariæ &c. univerſis, & ſingulis &c. Sane nos habentes, tenentes, & poſſidentes juſto titulo, & pleno Jure tamquam verus proprietarius, & poſſeſſor quandam domum ſitam &c. in Civitate noſtra Materæ juxta domos Archiepiſcopi Materani, & Acherontini, juxta hortum ejuſdem Achiepiſcopi &c. quam quidem domum &c. Datum in Caſtello novo Civitatis noſtræ Neapolis &c. die 10. Januarii 1477. — Rex Ferdinandus -- Sequitur legalitas -- N. 18. Venditio Domus Regiam Materæ ſitæ. *Ex Archiv. S. Cong. Concil.*

Eccleſia Acheruntina, & Materana ſunt Archiepiſcopales, per unumque reguntur Antiſtitem &c. Sunt Eccleſiæ prædictæ ad invicem unitæ per fel. rec. Innocentium III. circiter anno Domini 1200.; ut dicunt, de cujus unionis principio ferunt apparere Diploma in Bibliotheca Vaticana, reperiri tamen, quod de anno 1204. tunc temporis Archiepiſcopus ſe ſubſcribebat — Archiepiſcopum Acheruntinum, & Materanum. De hujuſmodi unione menſionem facit in quadam Bulla fel. rec. Eugenius IV. de anno 1440. quam unionem confirmavit ſimiliter fel. rec. Xyſtus IV. ſub anno 1471. communicando eiſdam Eccleſijs ad invicem Privilegia, ſtatuendo etiam, quod quoties Archiepiſcopus in Eccleſia Acheruntina, ejuſque Diœceſi reſideret, ſe Acheruntinum, & Materanum ſubſcriberet, & quoties in Materana Eccleſia, & ejus Diœceſi, ſe Matheranum, & Acheruntinum nominaret; & ita etiam mandavit obſervari fel. rec. Leo X. in Bulla quadam de de anno 1519. — Diœceſis eſt in inferiorem, & ſuperiorem diviſa &c. Diœceſis inferioris Oppida ſunt Larertia, Genuſium, Monſcaveoſus, Bernaldum, Turris Maris, Piſticium, Ferandina, Pomaricum, & Griptula. Diœceſis ſuperioris vero Oppida ſunt Calvellum &c. Oppida Diœceſis inferioris cohærent, & viciniora ſunt Civitati Materæ; Oppida vdro Diœceſis ſuperioris Civitati Acheruntinæ; quæ Civitates 36. milia- N. 19. Ex relat. ad limina Archiepiſc. de Spilla anni 1615. *Ex Archiv. S. Cong. Concil.* Deſtinctio Diœceſium, & enumeratio locorum cujuslibet.

liarium ſpatio, vel circa ab invicem dividuntur &c. Diæceſes iſtæ dividuntur á tribus Eccleſiis Cathedralibus, videlicet Tricaricum, Montiſpeluſien, & Cravinen, quæ dividunt Diæceſim inferiorem à ſuperiore &c.

A.

Relatio ad limina Archiep. Carafa de anno 1659. Ex *Archiv. S. Cong. Conc.*

Fui ego præſentatus per Sereniſs. Regem Hiſpan. in Archiepiſcopum pro Eccleſia Materana; verum Eccleſia Acherunt., tamquam Materanæ unita, venit in conſequentiam, & ſic ab hac S. Sede fuerunt expeditę Bullę in mei favorem pro utraque Eccleſia; hæ ambæ Eccleſiæ ſunt Metropolit., & per unum rectæ, & gubernatæ Antiſtitem á 500. annis, & ultrà; de earum autem unione neſcitur principium &c. unde ab anno 1204. reperiuntur ſcripturę publicę cum ſubſcriptione Archiepiſcopi cum titulo Acheruntin., & Materan. — Titulus Archiepiſcopalis eſt Acheruntinus, & Materanus, ſive Materanus, & Acheruntinus juxta reſidentiam Archiepiſcopi, ut infra &c. Et a Xyſto IV. fel rec. de anno 1471. mediantibus Bullis Apoſtolicis fuerunt communicata Privilegia, ac juſſum, ut quoties Archiepiſcopus in Eccleſia Acheruntina moraretur, & ejus Diæceſi toties ſe Acheruntinum, & Materanum, quoties vero in Eccleſia Materana, & ejus Diæceſi toties ſe Materanum, & Acheruntinum ſubſcriberet, *& ita hodie obſervatur &c.* — Omnes Archiepiſcopi mei Prædeceſſores incolatum fecerunt in Civitate Materæ tum ab aeris temperiem, & ob amplitudinem Civitatis, ac copiam neceſſatiorum ad victum quotidianum, tum etiam ob commoditatem Domus Archiepiſcopalis &c. eſtque juncta Eccleſiæ Metropolitanæ, cum in tota Diæceſi nullam Archiepiſcopus habeat Domum, niſi in Civitate Materæ.

Obſervantia Bullarū Xyſti IV. & Leonis X. circa denominationē Archiepiſcoporum.

Archiepiſcopale Palatiū adeſt Matheræ tantum,

B

Relatio Archiepiſcopi Spinula de anno 1661.

Per Sereniſſimum Catholicum Regum, Cedula Regia mediante Sanctiſſimo Domino Innocentio fel. rec. Papæ X. directa, &c. pro Eccleſia Materana, verum Acheruntina Eccleſia tamquam Materanen. unita in conſequentiam cadit unaque

que alteram includit, & ſic a S. Sede fuerunt Apoſtolicæ Bullæ pro Eccleſia utraque in mei perſonam expeditæ. *Ex Archiv. S. Congreg. Conc.*

Eccleſiæ hæ ambæ Archiepiſcopales, & Metropolitanæ unitæ exiſtunt, ac per unum rectæ Archiepiſcopum á 500. — prope annis, & 90., vel circa; ignoratur tamen præciſum unionis hujuſmodi principium ob ejus antiquitatem. *Obſervatur tamen, quod exiſtente Archiepiſcopo* in Civitate *Materæ*, *e uſque Diæceſi*, Materanen., & Acheruntin. titulo inſcribere debet, è converſo tamen cum in Civitate Acheruntiæ illiuſque Diæceſi immoretur, vel ſit.

Obſervantia Bullarũ Xyſti, & Leonis.

e Archiepiſcopi omnes mei Prædeceſſores pro eorum habitatione Materanum Palatium tenuere cum ſat commodum ſit &c. Palatium hujuſmodi eſt ita Metropolitanæ Eccleſiæ inhærens, quod per ipſum &c. ad Eccleſiam pergitur &c. In Eccleſia Acheruntina non habet Archiepiſcopus propriam Domum, ſicuti & nec in Diæceſi, tempore autem viſitationis, vel alterius urgentiæ ei ad Domos alienas divertere operę pretinm eſt — Materæ 29. Aprilis 1661.

Materæ tantum adeſt DomusArchiepiſcop.

C

In Dei nomine Amen. Anno a nativitate 1731. — Die vero 24. Auguſti in Civitate Neapolis &c. perſonaliter conſtitutus &c. Illuſtriſſimus, & R. D. Alphonſus Mariconda Archiepiſcopus Materanus,& Acheruntinus qui ſponte &c. aſſeruit &c., & confeſſus fuit vulgariter &c. Come eſſendo ſtata ſpedita dalla S. Rota Romana Citazione ad iſtanza del Capitolo &c. d'Acerenza fondata ſu'l Decreto dell'iſteſſa Sagra Rota emanato nell'anno 1600 notificato al Capitolo &c. della Cittá di Matera per comparire &c., e coll'aſſertiva, che detto Capitolo, Clero, e Popolo d'Acerenza ſia ſtato nel poſſeſſo di far denominare l'Arciveſcovo prima d'Acerenza, e poi di Matera anche nelli ſeguenti *Dieci Luoghi*, cioè *Laterza*, *Genoſa*, *Monteſcaglioſo*, *Bernalda*, *Piſticcio*, *Ferrendina*, *Pomarico*, *Torre di Mare*, *Miglionico*, *e Grottole*, e per non

Modernus Archiepiſcopusde obſervantia Bullarnm Xyſti, & Leonis teſtatur *Sac. Rota*.

Fnumerantur locaMateranæDięceſis.

eſſer ciò vero, dichiara eſſo Coſtituto, in teſtimonianza del ſolito, e del poſſeſſo, in cui ritrovaſi detto Capitolo, e Città di Matera aver ritrovato, che l'Arciveſcovo ſi è denuminato nelli detti dieci Luoghi col Titolo: *Materanus*, & *Acheruntinus*: Il che anche appariſce negl' Atti della viſita fatta ultimamente in queſt'anno dal detto Arciveſcovo coſtituito in detti dieci Luoghi, tanto nella publicazione dell' Indulgenze, quanto in qualſivoglia altro atto, ove è ſtato neceſſario, ſi è denominato, e ſottoſcritto Arciveſcovo di Matera, ed Acerenza; al contrario degl'altri Luoghi, ne quali ſi é denominato ſecondo *il ſolito prattico*: Arciveſcovo d'Acerenza, e Matera — Pro quibus &c. Nos &c. juravit &c. præſentibus &c.

N. 20. Epiſt. Sacr. Cong. Epiſcop. circa factū, quod dedit Cauſam liti. *Ex illius Archivio.*

Al Vicario di Matera — R. Signore — Queſti miei Illuſtriſſimi Signori hanno ſentito poco bene i rumori ſeguiti a Miglionico tra voi, ed il Vicario dell'Acerenza, e ſpecialmente che ſiate proceduto a ſcommunicarlo; onde poi é avvenuto, che egli há fatto il medemo contro di voi. Perilche le loro Signorie Illuſtriſſime hanno levato, e levano queſte eſcommunicazioni, che ſono ſuccedute tra voi, e per il reſtante hanno a Monſignor Nunzio di Noſtro Signore in Napoli, che proveda a quanto occorre, conforme la mente della Congregazione; il che ſi è voluto far intendere, acciò non manchiate d'obbedir prontamente, come â uffizio voſtro, a quanto da Sua Signoria ſará ordinato, procurando in ogni coſa la pace, e quiete commune, maſſime in queſto tempo di Sede vacante, che nel reſto non intendono queſti miei Signori di far pregiudizio alle ragioni d'alcuno, come altre volte ſi é ſcritto, e Noſtro Signore Iddio vi guardi in ſua Santa Grazia — Di Roma li 26. Marzo 1585. &c.

N. 21. Documentum anni 1373, quod

Philippus Dei Grazia Imperator Conſtantinopolitanus, Achajæ, & Tarenti Princeps &c. Univerſis &c. ſalutem &c. Inter curas &c. Illa nos præcipue ſtudio excitat diligenti, ut pro

Digitized by Google

pro bono, & pacifico ſtatu Subditorum &c. vigilemus &c. Sane tam Civium &c. Civitatis noſtræ Tarenti, quam Civitatis noſtræ Caſtellaneti &c. crebra quærela noſtrum pulſavit auditum, quod homines Terræ Latertiæ &c. eorum Juribus non contenti, Territorium habere credentes, & quaſi illius fines excendentes indebite &c. quod cum dd. homines *Terræ Latertiæ nullum Territorium habeant, quia eſt in Materano Territorio ſituata, cum quo Territorio Materano confinat &c.* Nos vero &c. confiſi de Fide &c. R. Chriſto P.D. Epiſcopi Motulani, ac Judicis Orlandi &c. commiſimus eis, vt de prædictis &c. confinibus, & poſſeſſione &c. inquirerent, & quidquid &c. referre curarent: Qui Commiſſarij &c. procedentes &c., & requiſitis Univerſitatibus &c. dictarum Civitatis Caſtellanetæ, & Terræ Latertiæ &c. ad videndum, atque docendum de Juribus &c. tandem comparentibus &c. coram Commiſſarijs &c. & producentibus hinc inde &c. Teſtibus juratis &c., & quia per dicta, & depoſitiones &c. ac Confeſſionem &c. compertum eſt per ipſos Commiſſarios, quod *dicta Terra Latertiæ poſita, & ædificata eſt intus dictum Territorium Materanum*, ac per nonnullas cautelas &c. conſtat aperte, Tenimentum dictæ Civitatis Caſtellaneti confinari cum Tenimento Materæ &c. In cujus rei Teſtimonium &c. Data Tarenti &c. Anno Domini 1373. — Die 28. menſis Martij &c. ſequuntur ſubſcriptiones &c.

Terra Latertiæ ſita ſit in Territorio Materano *S. Rota.*

In Nomine Domini &c. Anno 1483. Regnante &c menſe Septembris di 27. ejuſdem 2. Indict. in Civitate Gravinę Nos Jacobus de Farris de Civitate Gravinę &c. Judex &c. Paulus Peſcus &c. Notarius, Corradus de Bellictis de Criptamenarda Vicarius Gravinen., D. Marcion de Gennariis &c. de Gravina &c. *Joannellus de Lipero Cantor Acherontinus*, D. Dominicus Ruſſus de Piſtitio &c. Teſtes &c. rogati &c. præſenti ſcripto publico fatemur &c. quod prædicto die ad pre-

N. 22. Loca Materan. Dięc., & obedientia in die S. Euſtachij enunciantur a Capitulis anni 1483. *S. Rot.*

ces

ces &c. nobis factas per Magn. Viros Thomaſium de Carluctio &c. Antonellum de Zaffaris, Antonium de Sanctoro, & Oliverium de Noja per Magn. Vniverſitatem Civitatis Materæ Synnicos, Nuntios &c. ad infraſcripta deputatos &c. perſonaliter nos contulimus ad Domos &c. R. Epiſcopi Gravinenſis &c. invenimus in eiſdem Reverendiſſimum in Chriſto Patum &c. D. Vincentium Palmerium Miſer. Div. digniſſimum Materanum, & Acherontinum Archiepiſcopum, qui ſuæ vivæ vocis oraculo, ornato ſermone ſponte &c. aſſeruit &c. Magn. Materanam Univerſitatem &c. benevolentiæ, ingentiſque amoris ſigno &c. ad eamdem ſuam Dominationem Reverendiſſimam ſupradictos Magn. Viros &c. ad ipſum viſitandum miſiſſe &c., & omni qua decuit debita reverentia obtulerunt &c. certa Capitula &c., quæ coram nobis oſtendit &c. inſpeximus &c. legimus, legique audivimus &c. acceptavit &c. ſubſcripſit &c., & ſigillari mandavit &c. — Che tutti li Preiti della Dioceſi Materana, ed Acherontina ſe abbiano ad conferire in Matera in celebratione Miſſarum dictæ Feſtivitatis S. Euſtachii de menſe Maii &c. In die Feſtivitatis S. Canionis li Preiti Materanæ, & Acheruntinæ Diæceſis abbiano ad intervenire in Acherontii. Al che V.S. Reverendiſſima non volende acquietare, ſi degna in die S. Euſtachii far intervenire in eſſa Feſtività ſolummodo li Clerichi Diæceſis Materanen., com' è: *Laterza*, *Genoſa*, *Monteſcaglioſo*, *Torre di Mare*, *Pomarico*, *Migliunico*, *Piſticcio*, *Ugiano*, *e Grottola*. Placet &c. Expedita fuerunt ſupradicta Capitula per Nos Archiepiſcopum Materanum, & Acherontinum juxta noſtram decretationem &c. manu propria &c. in Civitate Gravinæ die 27. Septembris 1483. Et ad majorem cautelam &c. præfatus Rmus D. Archiep. tacta ſuis ſacris manibus ſua conſcientia juravit ſupradicta omnia, & ſingula vera eſſe facta &c. pollicita &c. ſtipulata &c. Et in fidem &c. — Locus ſigni &c.

In

Digitized by Google

N. 23. Exactio Decimarum pro Materana tantum Diœceſi de anno 1524. *Ex Sac.Rot.*

In Chriſti nomine Amen. Anno a nativitate ejuſdem 1524. — Pontificatus &c. Menſe Maii, die 21. ejuſdem Materæ. Nos Hieronymus de Ambroſiis de Bare publicus &c. Notarius &c. Teſtes &c. notum facimus &c. prædicto die &c. adeuntes coram R. D. Abbati Paulo de Afatatis Archidiacono Barenſi, & Apoſtolico Commiſſario &c. in Provincia Terræ Hydrunti ſuper exactione Decimarum &c. Subcollectore electo per R. D. Hieronymum Aurilia &c. Nuntium Apoſtolicum &c. Ven: D. Angelus de Vito de Matera Decanus Majoris Eccleſiæ dictæ Civitatis Materæ, & D. Angelus de Sanitate ejuſdem &c. Archipresbyter &c. ut &c. notamen omnium Baneficiorum prædictæ *Civitatis Materæ*, *ac illius Diœceſis* in manibus, & poſſe prædicti R. Abbatis Pauli ſiſten. &c. in authenticam &c. formam redigeremus &c., quod notamen tenoris ſequentis &c. -- *Matera colle Terre della Materana Dioceſi &c.* Dal Collegio dell' Eccleſia di S. Lorenzo della *Terza* per la commune loro Maſſa onze 1. Tarì 8., e g. 10. &c. Dall'Arciprete di Torre di Mare per la commune Maſſa dell' Eccleſia di San Gio: Battiſta di detta Terra Tarì 8., e g. 5. Dal Cantore di Santa Maria di *Miglionico* per la Maſſa commune di detta Eccleſia &c. onc. 2. Per lo Benefizio di S. Maria di Porticella di *Miglionico* Tarì 2. g. 10. &c. Dall'Arciprete di *Grottola* per la Maſſa commune dell' Eccleſia di S. Maria Maggiore di detta Terra Tarì 15. Dall'Arciprete di *Piſticci* per la maſſa commune dell' Eccleſia di San Pietro di detta Terra onc. 1. Tarì 10. Dal Commiſſario dell' Abbazia de omne Santo d' *Uggiano* Tarì 15. &c. Dall'Arciprete di S. Martino di *Genoſa* per la Maſſa commune di detta Eccleſia Tarì 9. &c. Dal Pronotario, e Commendatario di *Monte Scaglioſo* onc. 4. Dall'Arciprete di *Uggiano* per la commune Maſſa dell' Eccleſia di S. Maria di ditto Loco, dal Convento di S. Do-

Loca enumerantur Materanæ Diœc.

Digitized by Google

S. Domenico de *Uggiano*, una con S. Maria de Valeſſa, anche unita Tarì 13. g. 5. — Hieronymus Aurilia Nuntius, & Collector Generalis &c. — Nos igitur præſentibus &c.

N. 24. Jubilæum Greg. XIII. *Ex Sac. Ret.* Die 8. Menſis Martii 1576. venit ampliſſimum Jubilæum Anni Sancti &c. tenor Brevis — Gregorius Papa XIII. Univerſis &c. Hinc eſt, quod Nos attendentes quamplures perſonas *Civitatum*, *&* *Diæceſum Materanen.*, *&* *Acherontinæ*, invicem unitarum &c. ad hanc almam Urbem &c. non acceſſiſſe, ac propterea proſpicere volentes &c. precibus &c. pro parte Ven: Fratris Archiepiſcopi Materani, & Acherontini &c. porrectis inclinati &c. omnibus, & ſingulis utriuſque ſexus Chriſtifidelium *Civitatum*, *&* *Diæceſum Materan*, *&* *Acheront.* invicem unitarum, & aliis &c. Eccleſias Cathedrales Materan, & Acherontin. &c. devote viſitaverint &c. Denique ipſi Archiepiſcopo, ſive ejus Vicario ſuper præmiſſis &c. arbitrio ſuo facere &c. prout expedire judicaverit &c. Datum Romæ &c. die 20. Februarii anno &c. 1576.

Materanæ Diæces. diſtinctio.

Fuerunt deputatæ quatuor Eccleſiæ per R. D. Archiepiſcopum &c. videlicet Eccleſiam Cathedralem &c. & fuerunt aſſignati 15. dies &c. pro hujuſmodi viſitatione Civibus Materanis, & *Incolis*, *Exteris tamen*, *&* *Diæceſianis* 5: dies, & Confraternitatibus tres, & ſic exequutum &c.

Die 8. Aprilis 1576. venerunt Confraternitates &c.

Pomaric. Terræ *Pomarici* cum turba plurima &c fere 1700. in hanc Civitatem Materanen. ad lucrandum S. Jubilæum &c., quæ hoſpitati ſunt per Cartellas more militum &c. honorifice &c., & die Mercurii ejuſdem &c. abierunt &c.

Die Mercurii 11. Menſis Aprilis 1576: venerunt ſimiliter

Latertia. Societates &c. Terræ *Latertiæ* &c. cum turba multa &c. fere 700.

Die 12. Menſis Aprilis 1576., item venerunt Confra-

fraternitates &c. Terræ *Milionici* &c. cum turba &c. fere 1500. &c.

Milionic.

Die Lunæ 23. Menſis Aprilis 1576. venerunt Confraternitates &c. Terræ *Ferandinæ* in proceſſione in hanc Urbem Materam cum multo Populo &c. num. 2500. &c.

Ferandina.

Eodem die &c. venerunt Confraternitates &c. Terræ *Piſticcii* &c. cum multo Populo &c. cum Clericis proceſſionaliter, & fuerunt num. 2200. &c.

Piſtic.

Die 24. ejuſdem Menſis Aprilis &c. venerunt Confraternitates Terræ *Bernaldi* cum Populo &c. proceſſionaliter &c. ad Urbem Materam &c., & fuerunt quaſi numero 1000. &c.

Bernald.

Die 29. Menſis Aprilis 1576. venerunt Confraternitates &c. *Montiſcaveoſi* cum Populo &c. fere 1700. ad hanc Urbem &c.

Monſcav.

Die 30. ejuſdem Menſis &c. venerunt Confraternitates &c. Terræ *Genuſii* cum turba plurima &c. quaſi 1400 &c.

Genuſium.

Eodem die venerunt ad Civitatem Materam Confraternitates *Griptularum* &c. cum multitudine &c. quaſi 1000. &c.

Griptulæ.

Die 7. Menſis Aprilis 1583. — Illuſtriſſimus, & Reverendiſſimus in Chriſto Pater, & Dominus D. Sigiſmundus Saracenus Dei &c. Archiepiſcopus Materanus, & Acherontinus cum omni, quod decet apparatu ſolemniter in Pontificalibus celebrans Miſſam confecit Olea Sancta &c., & Civitas Acherontiua, ac infraſcripta Oppida Materanæ Diœceſis miſerunt ad accipienda Olea Sancta ex hac Civitate, ac Metropolitana Eeclesia Materana, videlicet *Latertia*, *Genuſium*, *Monſcaveoſus*, *Bernaldum*, *Piſticium*, *Ferandina*, *Milionicum*, *Pomaricum*, & *Griptulæ* &c.

N. 25.

Loca Materanæ Diœceſis Materam adeũt ad accipiẽda Olea Sancta. *Ex S. Rota*.

A.

Obſervan-

Faccio fede con giuramento Io quì ſottoſcritto Cancel-

tia Locorum Materan. Diæc. in accipiendis Oleis Sãctis a Metropol. Materæ. ius S. Rota.

liere di queſta Aciveſcovale, e Metropolitana Curia di Matera a chi &c., come coll' occaſione ora di Cancelliere, e pria ſin dall' anno 1707. colla carica di Attuario ſo &c., che nel Giovedì Santo in ogn' anno inconcuſſamente doppo fatta dagl' Arciveſcovi pro tempore di Matera, ed Acerenza ſolennemente la funzione de' nuovi Sagramentali, o ſiano Ogli Santi dentro queſta Metropolitana Chieſa di Matera, a tenore del Ceremoniale &c. *Sono venuti in queſta Città di Matera Sacerdoti mandati appoſta da tutti i Signori Arcipreti delle Chieſe Parrocchiali de nove Luoghi della Dioceſi chiamata di Baſſo, cioè Laterza, Genoſa, Montecaglioſo, Bernalda, Piſticci, Ferandina, Pomarico, Miglionico, e Grottole &c.*, e con Cartellini de Cancellieri pro tempore di queſta Curia ſono ſtati li medeſimi proveduti di detti Ogli Santi reſpettivamente dalli Sagreſtani di queſta già *detta Chieſa Metropolitana*, ed alle Chieſe Parochiali della Dioceſi chiamata di ſopra, cioè *Palazzo*, *Genzano* &c. Sono ſtati diſpenſati dalla Chieſa Metropolitana della Città di Acerenza detti Sagramentali &c., e così ſi è ſempre ab immorabili coſtumato, ſecondo ho inteſo da vecchi Cancellieri di queſta Curia bo: me: Canonico D. Giuſeppe Paſcullo, ed Abbate D. Ferdinando Cepolla, ed è coſa publica, e ſi ſa dalle Genti, e trale Genti di Matera, e d' Acerenza, e di dette Dioceſi di Baſſo, e di ſopra, e ſi è oſſervato da me al preſente Anno 1733. &c. Matera Dalla Cancellaria Arciveſcovale 20. Novembre 1733. — Io D. Donato Gambetta ordinario Cancelliere &c. atteſto &c. — Adeſt Sigillum magnum Curiæ Archiepiſcopalis &c.

N. 26. Cedula Regii Œconomi de anno 1685. pro Ec

Philippus Dei Gratia Rex &c. D. Petrus Giron Dux Oſtunæ &c., & in præſenti Regno &c. Vice-Rex, Locumtenens &c. R. Viro Domino Auguſtino Manſione Regio devoto Dilecto gratiam &c. Vacante in præſentiarum *Archie-*

chiepiſcopatu Materæ per obitum illius ultimi Poſſeſſoris, cujus præſentatio ad Regiam, & Catholicam Majeſtatem ſpectat, volentes circa Cultum, curamque in Divinis dicti Archiepiſcopatus opportune providere,ne ullo modo prætermittatur &c. ſed prout decet, celebretur &c., confiſi itaquod de omni fide &c. Tibi committimus, quatenus receptis præſentibus Te ad dictam Civitatem Materæ conferas, & dicti Archiepatus curam &c. geras donec aliter &c. fructus autem &c. dicti Archiepatus in manibus, & poſſe magnifici Theſaurarii &c. perveniri volumus &c. Et ut præmiſſa favorabilius exequi valeas &c., hortantes, & requirentes omnes, & quaſcumque Eccleſiaſticas Perſonas, & *præſertim Materanæ Diæceſis præcipimus, & mandamus omnibus, & quibuſcumque Baronibus Titulatis, & non Titulatis, Gubernatoribus, & Auditoribus Provincialibus, Capitaneis, Aſſeſſoribus, Univerſitatibus, Sindicis, Electis, & aliis quibuſcumque Officialibus, & Perſonis Majoribus, & Minoribus, tam Regiis, quam Baronum* ad quos, ſeu quem præſentes pervenerint &c. quatenus pro præmiſſorum executione Tibi aſſiſtant &., prout a Te fuerint requiſiti, & contrarium non faciant &c. præſentibus Regio Sigillo &c. Datum Neapoli, die decimo Menſis Januarii 1585. J. D. Petrus Giron — V. Gadenas Proregens &c.

clesiaMateran., runc vacan. *Sac. Rota*.

N. 27. Confeſſio Acherontinorum, dem Loca eſſe extra Diæc.Acherontin.

Si fa piena, ed indubia fede per noi Archidiacono, Cantore, Canonici, e Preti della Metropolitana Chieſa di Cirenza a chi la preſente &c. come in tutte l'infraſcritte Terre fuori della Diocesi Acherontina, cioè *Miglionico*, *Pomarico*, *Monteſcaglioſo &c.* che pro tempore &c. firmata di noſtre mani, e ſigillata del ſolito Sigillo della detta Metropolitana in Cirenza li 2. Settembre 1598. — D. Joſephus Noritonus Archidiaconus Acherontinus — D. Jo: Thomas Avilianus Cantor Acherontinus — D. Ritus Ant: Juz-

zolinus Canonicus Acherontinus — D. Jo: Baptiſta Gug. Canonicus Acheron. — D. Aſcenius Arenaciis Canonicus Acheron. — D. Jo: a Caſtronovo Can. Acheron. — D. Jo: Hjeronimus Juzzolinus Can. Acheron. — D. Fulvius de Aetiis J. U. D. Can., & Vic: Gen: Acheron. — D. Jacobus de Guida Presbyter Acheron. — D. Marius Jurgaglia Acheron. — D. Antonellus de Gilio Acheron. — D. Lelius Potentia U. J. D. Acheron. — D. Paulus Montanarus Acheron.

N. 26. Decretum de Synodo. Materanen., ſeu Acherontin. — Die Junii 1628: Sacra Cong. Cong. Concilii reſpondit Electionem Loci celebrandæ Synodi Provincialis ad Archiepiſcopum pertinere; Verum pro nunc probavit, ut in Civitate Materanen convocetur, cum illa pro hujuſmodi celebratione aptior, & commodior ſupponatur — *Ex Regeſt. Decretorum dictæ Sac. Cong. lib: 3. fol. 458. terg.* — Sequitur legalitas.

FINIS

		Errata	*Corrige.*
Pag. 4	v. penult.	promeruit	promeruerit
Pag. 5	vers. 9, 26, & 29	Longobard.	Langobard.
Pag. 6	vers. 7, &	Marrem	Matrem
	vers. 9	Feccia	Freccia
Pag. 7	vers. 9	A. P.	A. B.
Pag 8	vers. ult.	Colligatæ	Collegiatæ
Pag. 11.	vers. 11	obominandum	abominandum
Pag. 17	§. 20. v. 8	finiſſimis	finitimis
Pag. 18	§. 22. v. 8	diſſertiſſimis	diſertiſſimis
Pag. 22	vesr. 12	de Judicii	de Judiciis
Pag. 23	vers. 10 &	redemitas	redimitas
	§. 29 v. 9 &	vanam	vana
	vers. ult.	Creſecntio	Creſcentio
Pag. 24	vers. ult.	quippe cum	quippe non
Pag. 25	vers. *6*, &	*Col* 13. *lit. C.*	*Col.* 11 *lit. B.*
	vers. 13	aſſervimus	aſſeruimus
Pag. 34	vers. 25	cæpuernnt	cæperunt
Pag. 42	vers. penul.	inſeudata	infeudata
Pag. 43	vers. penul.	involuit	iuvolvit
Pag. 47	vers. 30	1733	1723
Pag. 68	vers. 13	Decſio	Deciſio
Pag. 74	vers. ult.	ad iſta	ad iſtam
Pag. 81	vers. 26	pæſtita	præſtita
Pag. 82	vers. ult.	ex dicto	in dicto
Pag. 83	vers. 7	Vicarium Acherontinum	Vicariroum Acherontinorum
Pag 84	vees. 11	commemorat	commemoret
Pag. 85	vers. 10 &	munus	murus
	21	Debet	Decet
Pag. 96	vers. 23	1708	1078

Digitized by Google

VA1 1532482

Digitized by Google

160
S
29

Digitized by Google